D. F.

OBSTETRICES

Die Weh-Mütter

PRÆSIDE

JOH. GEORG. SIMONE. D.

EXHIBET

JOHANN. HEINRIC. Lotz
ALTENBURG.

JENÆ,

LITERIS ET IMPENSIS MÜLLERI.

M. DC. LXXIIX.

47665

PROOEMIUM.

JUſtiſſimum illud divini Numinis iraſci, terribilemque inſimul, quam malefacta protoplaſtorum commeruere, pænam, oculatâ magis lance nobiſcum ponderantes, non poſſumus non ingenuè confiteri, ſtatum noſtratium miſerrimum eſſe, cœliq; ac terræ injuriæ flebiliter expoſitum. Edocent hæc, ut multa mittamus, edaces quemlibet membrorum cohortes, quæ ita humani corporis compagem corrodunt, perforant, conſumunt, ut naſcens profectò commori noſtrum ſit, finemque ejusdem ab initio dependere palàm eveniat. Sed tamen exinde non ſtatim vires remittere, ſpeque labi ſemel conceptâ decet mortales; cum huic, certè ſontico contagio pro virili oppoſita animadvertamus efficaciſſima Medicorum antidota, queis, à primis ſtatim incunabulis, ingraveſcenti miſeriæ ſuccurrere, hominique pariter priſtinum benè valere in integrum reſtituere allaborant. Eat idcircò temeraria vaniloquentium fortitudo ſibique, quod parum curamus, ex voto fingat audaces bladeranti conceptus, cum nos nobismet ipſis in ſinu gratulemur, inventa fuiſſe pharmaca, queis huic malorum inevitabili anguſtiæ ſuccurrere quadantenus queamus. Valeant alii, quos livor evomit, in mundo nugigeruli, quo ſervos Medicos, minusque in dignitate conſtitutos gentibus olim fuiſſe garriunt;

cùm noſtrarum potius ſit partium, eosdem omniſcio condecorare cultu, iisdemque jactatam ſæpius de novo adſcribere integritatem. Quoniam autem de omnibus hisce celebratisſimis Æſculapiis ex merito agere potis haudquaquam exiſtimus, hinc minimam illorum ſpeciem, Obſtetrices quippe (quæ & in jure noſtro Medici vocantur, *Pacian. de Probat. lib. 1. c. 47. n. 132.*) in quantum humeris futurum erit integrum, impoſterum delineaturi ſumus. Harum nimirum, operâ perfectum noſtrum vivere adipiſcimur, membrorumque pariter formationem minus contortam impetramus. Noli tamen quisquis fueris, benevole Lector, deteriora de arduo hocce themate capere cogitata, vel illud in magis ſiniſtram interpretari partem. Scandalum hoc quippe erit acceptum, pudico & continente homine indignum, tuumque laſcivum pectus toti orbi elocuturum. Caſti caſtis caſtiſſima protulimus, quibus, ſi obſtrepere velis naſutulus, tuâ hoc pace liceat. Sufficiat nobis arduam materiam, Conſiſtoriali utiliſſimam, nec hactenus ab ullo, ex profeſſo, in Cathedrâ JCtorum, in quantum nobis conſtat, pertractatam, primis, ut ajunt, crenæ punctis delineaſſe. Uſum ejusdem experieris in praxi, utere modo in puncto probationis, alioque, in quo multa deficiunt, Juris articulo. Nos invocato divini Numinis auxilio, rem, uti in ſe eſt, ſimplicem aggredimur. Ne autem, forte in legendo, confuſionis alicujus arguere nos queas, en tibi præſentem exhibemus tabellam.

Jura

Jura Obſtetricum occupata ſunt circa ſexum

- Maſculinum, in
  - ejusdem aſſertione.
  - hæreditate
    - acqvirenda.
    - dividenda.
- Fœmininum
  - Virginem ad congreſſum maritalẽ
    - nondum potentem,
    - potentem, qvatenus ſcil. ejusdem virginitas
      - adſtruitur.
      - negatur.
  - nuptam, & qvidem
    - partim ad pariendum habilem, qt. conſideratur
      - tàm in ſe
        - ſive reverà prægnans fuerit
          - ex juſtis nuptiis.
          - ex illicito & clandeſtino coitu, ſive mulier
            - affirmet,
            - neget.
        - ſive vulgò pro prægnante habeatur.
      - qvàm reſpectu partûs
        - vivi
          - proprii
            - vindicandi,
            - baptizandi,
          - ſuppoſiti,
        - enecati
          - naturalis,
          - monſtroſi,
            - per veneficium
            - aliud factũ non probandum.
    - partim infœcundam, propter
      - impotentiam,
      - ſterilitatem.

TH. I.

INitium igitur ipſius tractationis conſtituentes, certum eſt, nos ea abſolvere hâc vice non poſſe, qvæ forſitam obſtetricibus ex Schola Medicorum, artisqve pariter præceptis propria ſunt, ſed multò magis ea, qvæ Jura earundem concernunt. Interim patet, derivari obſtetricem ab obſtando, atteſtante *Corvin. in Lexic.* qvaſi ex oppoſito, vel obviam ſtando, videlicet, dum partum, penes gravidam, jamjam, enixuram, expectat, ne, laxatis uteri genitalibus, defluat, *jung. Joſeph. Lang. in Polyant. hoc vocab. Gvidon. de Bayſo, in comment. ad can. ſi qvælibet. 20. XXII. qvæſt. 2. p.m. 249. col. 4.* hinc obſtetrix eadem eſt ac obſtantrix, *ſecundũ Eundem.* Vocatur qvoqve obſtetrix Germanicè eine We-

hemut-

Hemutter oder Hebamme/ forſitan, qvod parturientes, fer opem clamitent ſecundum *Donatum*, qvem! citat *Spiegel. in Lexic. ſub hâc voce*; aliam derivationem horum duorum vocabulorum adducit *D. Caſpar. Huberin. ap. Dedekenn. vol.* 1. *part.* 2. *lib.* 1. *ſect.* 7. *n.* 15. *in append.* Galicè une ſage-femme.

TH. II.

Jura, qvod attinet, *obſtetricum*, deſcribimus eadem, *qvòd ſint, qvæ competunt, prædictis mulieribus, opem aliàs parturientibus in maturando probeq; componendo partu afferentibus, publicâ Magiſtratûs authoritate, poſt præviam ſufficientem examinationem & præſtitum juramentum, ad hoc officium conſtitutis*, vid. *Maximil.* **Fauſt** *ab* **Aſchaffenb.** *Conſil. pro ærar. claſſ.* 16. *Conſ. Ord.* 1143. *in pr.* Obſtetricum enim, verecundiæ cauſâ admittendarum, munus etiam in ſingulis civitatibus & pagis ſummoperè eſt neceſſarium, qvippe ſine qvarum præſente auxilio & ope multæ prægnantes & fœtus de vitâ ſuâ periclitari poſſent. Non igitur probandum, qvod refert, *Hygenus*, teſte *Cujac.* 17. *Obſerv.* 27. Athenienſis lege caviſſe, ne qvis ſervus aut fœmina artem medicam diſceret, eamqve ob rem antiqvos obſtetrices non habuiſſe; Unde eveniebat, ut pleræqve mulieres, verecundiâ ductæ, dum mares Medicos adhibere nollent curandis partibus, qvibus mulieres ſunt, interirent: ut non abs re poſtea etiam fœminis Medicinam facere permiſſum fuerit, & Medici, qvi de mulierum affectibus ſcripſerunt, hoſce libros potiſſimum fœminis Medicis dedicare maluerint, *jung. Speidel. in Nodab. Jurid. verb.* **Hebammen.** 21. Hic autem ſtatim excludimus eas, qvæ in caſu neceſſitatis ex commiſeratione, cognitione, vel aliâ privatim impetratâ experientiâ puerperæ laboranti adſunt:

Qvam-

Qvamvis & hæ in negotio ſemel ſuſcepto legum terminos impunè egredi non valeant, imò regulariter officium obſtetricum exercere prohibeantur. *Paul. Zachias, in Qvæſt. Medico Legal. lib. 6. tit. 1. qvæſt. 12. n.* 17.

Th. III.

Rationem hujus rei valemus proferre talem, qvod hæ mulieres nunqvam ab aliis ſufficienter fuerunt examinatæ, nedum approbatæ, vel à Magiſtratu confirmatæ; qvocirca, ad declinandum infortunium juxtim & periculum, qvod per earundem imperitiam facillimè parturientibus conciliari poſſet, meritò ab hoc officio publico arcentur. Cùm è contrario omnis obſtetrix, ut ſupra in deſcriptione dictum, debeat eligi præcedente examine, piis artisqve peritis mulieribus ſedulò commiſſo (etiamſi à judice, vel commiſſario ab eodem ordinato, non autem à partibus præcisè præſentibus, in actibus ocularum inſpectionem deſiderantibus, easdem eligendas eſſe contendat *Rutg. Ruland. de Commiſſar. p. 1. lib. 4. c. 17. n. 5.*) cui in ſpecie, ex obſervantiâ Civitatis Lipſienſis, præficiuntur uxores Conſulum & Senatorum, tàm ſolæ qvàm ſi velint, aliæ honeſtioris conditionis matronæ in auxilium ab ipſis vocatæ, *vid. Dn. Gothofr. Welſch. in addit. ad p. 1. c. 18. tract. de obſtetric.* qvi aliàs inſcribitur: La commare dell Scipione Mercurio. Qvibus etiam in genere jungi poſſet Medici alicujus diuturno uſu corroborata experientia, tùm maximè, qvod in officio, obſtetricibus commiſſo, non agatur de glande legendâ, ſed de vitâ ſæpius puerperæ juxtim & infantis. Debent autem neceſſariò obſervari in conſtitutione alicujus obſtetricis ſeqventia qvæſita, nimirum: an obſtetrix ſit honeſta, provida ac prudens, probatæ artis ac fidei, *l. 1. ff. de ventr. inſpic. cap. cauſam ibiq. Paulus atq.*

Felin

Felin. X. de probat. an proba, bonæqve Chriſtianæ teſtimonium apud ſuos concives habeat? an ſana, ipſametqve fuerit parturientium periculis expoſita? An ſæpè aliis obſtetricibus in ejuscemodi actibus ancillaverit, adeoqve ex hoc peritiam ſibi ſufficientem acqviſiverit? qvæ medicamenta & remedia in variis contingentibus caſibus puerperæ applicanda? an digitos habeat graciles, an obtuſos? an ſit affabilis atqve faceta &c. *vid. fuſiùs citat. Caſpar. Huberin, apud Dedekenn. p. 220.* Ex hiſce poſitis, facillimè conſtabit de iis qvæ removendæ ſunt, videlicet dum eligi non debet obſtetrix pigra, ſomnolenta, langvida & minus conſiderata, moroſa, avara, *Dn. Welſch. l. c. p.* 197. *& ſeqq.* nimis cùm juvencula, tùm vetula. *Pacian. lib.* 1. *de probat.* Judæa; *c. adhæc. c. etſi Judæos. x. de Judæis,* niſi fortè inter ipſas Judæas agatur, *add. Ruland. l.c. n. 7. p.* 274. Similiter arcenda mulier veneficii, vel aliarum ſuperſtitioſarum artium ſuſpecta: ſcribit etenim *Sprenger. in Mall. malefic. p.* 2. *q.* 1. *c.* 13. maleficas pœnitentes retuliſſe, neminem religioni magis nocerec, qvàm obſtetrices; ubi enim pueros non interimant, tunc qvaſi aliud acturas foris extra cameram infantes portare, ac ſurſum in aërem elevando Dæmonibus offerre. Qvi ibidem *p.* 2. *q.* 1. *c.* 13. refert: Obſtetrices duas in Epiſcopatu Baſilienſi & Argentinenſi concrematas fuiſſe, eò, qvod una qvadraginta, altera innumerabiles pueros, recentes ab utero, necaviſſent, inditis clàm in eorum capita grandibus aciculis, jungatur *Joh. Georg. Godelm. tr. de Mag. & venef. l. 1. c. 7. n. 29.* qvi & anno 1589 â Comite qvodam ſuperioris Germaniæ, ſcribit, octo veneficas, partim obſtetrices publicè conſtitutas, partim & aliis ſuâ ſponte in puerperio opem offerentes, qvæ 140. infantes interfecerunt, Vulcano fuiſſe concreditas.

Th. IV.

Th. IV.

Imò licet infantes actu non occidant obſtetrices hæ veneficæ, nihilominus ex *Sprengeri* allegato loco conſtat, illas eosdem ſæpè dæmonibus, qvàm primum nati fuerint, offerre, ſicqve in præſentiſſimum animæ periculum illos conjicere. Notabilia ejus ſunt verba, cùm, ſed & hoc horrendum, inquit, facinus ſilentio prætereundum in deteſtationem tanti criminis non eſt. Nam ubi infantes non interimunt, tamen illos Dæmonibus execrando per hunc modum offerunt. Nato enim infante, obſtetrix ubi puerpera malefica per ſe non exiſtit, tunc quaſi quid operis pro infantis refocillatione actura, ipſum extra Cameram deportat, & ſurſum elevans principi Dæmoniorum ſcilicet, lucifero & omnibus dæmonibus immolant, & hoc in loco coquinæ ſuper ignem. Et ut quidam retulit, cum perpendiſſet uxorem ſuam tempore partus quod præter conſvetum morem puerperarum nullam ad ſe ingredi mulierem permittebat, niſi duntaxat filiam propriam, quæ obſtetricandi officium gerebat, cauſam hujuscemodi experiri volens, latenter ſe illo tempore in domo occultabat. Unde & ordinem ſacrilegii & diabolicæ immolationis modo prædicto perpendit, cum eo quod ut ſibi videatur per appendiculi inſtrumentum in quo ollæ ſuſpenduntur, infans non fultus humano auxilio, ſed dæmonis, ſurſum vehebatur, unde mente conſternatus, cum & horrenda verba per dæmonum invocationem, & alios ritus nefandiſſimos perſenſiſſet, ſubito ut infans baptizaretur acrius inſtitit, & cum ad aliam villam, in qua parochialis erat eccleſia deferendus eſſet, & per pontem ſuper flumen quoddam pertransire haberent, ille evaginato gladio ſuper filiam, quæ infantem gerebat, irruit, dicens, aliis duobus ſibi adjunctis au-

dientibus: Nolo ut infantem per pontem deferas, quia aut per ſe pontem gradietur, aut tu in flumine ſubmergeris. Qva perterrita cum aliis qvæ aderant mulieribus, & anne compos eſſet rationis inqvirentes, (res enim geſta cunctas alias latebat, demtis duobus viris ſibi conjunctis.) Tunc ille: Peſſima mulierum arte tua magica pendiculum infantem feciſti, fac & jam ut nullo deferende pontem pertranſeat, aut in flumine te ſubmergam. Sicqve coacta puerum ſuper pontem poſuit & arte ſuâ dæmonem invocans, ſubirò ex altera parte pontis infans cernitur. Baptizato ergò puero & ad propria rediens, cum jam per teſtes filiam de maleficio convincere poterat, prout primum facinus oblationis minimè probare potuiſſet, eo quod ipſe unicus illi ſacrilego ritui interfuiſſet, apud judicem, poſt tempus purgationis, filia cum matre accuſantur, & pariter incinerantur, & facinus de ſacrilega oblatione, qvod per obſtetrices fieri ſolet, detegitur &c. Hactenus ille *ubi plur.*

Th. V.

Præterea in Rebuspublicis benè conſtitutis obſtetrices, ut ſua munia fideliter expediant, juramento adſtringuntur, cujus formulam nobis præſcribit *Volckm. de Notar. p. 4. cap. 10. n. 12.* ſeqventibus: **Ich N. N. gelobe uñ ſchwere zu GOtt/ daß ich will meinem Amt treulich/ Gottsfürchtig/ und mit allem Fleiſſe iederzeit vorſtehen/ zu aller Zeit/ wenn ich erfordert/ mich förderlichſt dahin begeben/ keine Kreiſſerin verſäumen/ mich auch aller Beſcheidenheit gebrauchen/ vorſichtig beydes mit der Mutter und mit dem Kinde umge-**

gehen/ darbey ſorgfältig ſeyn/daß die Mutter in acht gehalten / das Kind zur Tauffe befördert/ und ſo viel müglichen/ allenthalben bey Arm und Reich/ niemandes durch mich gehindert oder verſäumet werde: Da ich auch zu unzüchtigen Perſonen / ſo durch ihre Unordnung und Hurerey ſchwanger worden/ erfodert/ in und bey der Geburt allen gebührenden Fleiß anwenden/ daß beyde Mutter und Kind nicht verwarloſet werden/nachmals aber ſolches dem Rathe oder Gerichten/ ohne iemandes Anſehen anmelden/und nicht heimlich verhalten / hingegen aber niemandes zu unzeitigen Geburten / durch Abtreibung der Kinder/ oder deren Entledigung/ einige Förderung oder Willen erweiſen / ſondern iederzeit auff Erforderung der Armen/ ſo wol als der Reichen / mich förderlich und willig bezeugen will; Als mir Gott helffe und ſein H. Evangelium.

Qvæ formula tempore peſtis, mutatis mutandis, corrigi poteſt ſecundum tenorem *ab Autore allegatum n.* 13.

TH. VI.

Huc ſpectant verba Doctoris Pontificii *Paul Zachia in Qvæſt. Medico-Legal. lib. 6. tit.* 1. *q.* 9. *n.* 13. *pag.* 476. Qvi ex

 hypo-

hypotheſi Papicularum paulò aliter hanc formulam præſcribit: Ex mea, inqvit ille, ſententiâ præſtaret, obſtetrices non ſolum ad confeſſionem parturientibus ſvadendam, medio juramento, obligare? ſed etiam ad multa alia, qvæ ipſæ facillime, & absqve ullo ſcrupulo contra propriam conſcientiam patrare ſolent. Jurarent ſaltem: nulli ſe mulieri abortum conſulturas, medicamenta ad ſterilitatem conciliandam, aut ad alium qvemlibet malum finem non exhibituras, pueros naſcentes nonniſi juxta Sanctæ Matris Eccleſiæ præcepta, qvatenus opus fuerit, baptiſmatis lavacro, aſperſuras, omnem ſe ſuperſtitionem non tam in actu partûs, qvàm baptiſmi, & in aliâ qvacunqve occaſione relicturas.

TH. VII.

Aliud eſt juramentum, ſi debent deponere de veritate alicujus commiſſæ inſpectionis; Qvia tunc præ ſe ferunt perſonam inſimul teſtis, & per conſeqvens, anteqvam earundem aſſertioni abſolute credatur, conſvetum teſtibus juramentum, **den gewöhnlichen Zeugen-Eid**/ præſtare tenentur, *Joſeph. Maſcard. de probat. concl.* 1125. *&* 1208. *jung. Hartm. Piſtor. obſ.* 77. *VViſſenb. D.* 49. *θ* 19. *Brunnem. ad tit. de ventr. inſp. n.* 5. Nec promiſcuè ſufficit, ſi judex iisdem fidem attribuere velit ſub admonitione juramenti, in publicâ earum aſſumtione & confirmatione Magiſtratui præſtiti, **daß er ſie nur ihren gethanen Pflicht erinnern wolte**/ vid. *Carpz. Juriſpr. Forenſ. p.* 3. *d.* 13. *n.* 7. *in præjud. verb.* **vermittelſt gewöhnlichen Zeugen-Eides.** Huic tamen depoſitioni contrariam probationem opponere rea poterit, *Zieriz. ad Conſt. Crimin. Carol. V. art.* 36. *jung. Rulan. de Commiſſ. lib.* 4. *c.* 17. *n.* 12.

TH. VIII.

TH. VIII.

Fundamenta hujus materiæ in jure noſtro, tàm ſa- cro, qvàm profano, perſpici poſſunt in *Geneſ.* 35. *v.* 17. & 38. *v.* 28. *Exod.* 1. *v.* 15. *l.* 1. *de ventr. inſpic. l. Præſes* 1. §. *ſed & 2. ff. de extraord. Cognit. l. item.* 9. *pr. ad L. Aqvil. arg. l. ejusdem.* 3. §. *adjectio* 2. *ff. ad L. Cornel. de Sicar. cap. propoſuiſti.* 4. *cap. cauſam matrimonii. X. de probat. cap. literæ.* 7. *X. de frig. malef. can.* 20. *ſi qvælibet. XXII. q.* 2. *c. mulier* 20. *c. in neceſſitate.* 21. *diſt.* 4. *de conſecrat. c. ad hæc* 1. & *ſi Judæos. X. de Judæis*, P.H.G.O. *Carol. V. art.* 35. & 36.

TH. IX.

Verſantur autem hæc jura partim circa ſexum maſculinum, partim circa fœmininum: In maſculis obſtetricum uſus obſervatur, ſi forſitan (1.) ejusdem aſſertio vel denegatio ſuſcipitur. Exemplum refert de hermaphrodito *Carpz. Juriſpr. Conſtit. lib.* 2. *t.* 1. *defin.* 16. *n.* 14. ubi ſeqventi modo pronunciatum fuit: Wir haben Euren eingeſchickten Bericht/ in Sachen N. welcher als ein Mägdlein getaufft/ und mit eines Häuſelers Tochter daſelbſt ſich verlobet/ auch um die proclamation und copulation angeſucht/ vorleſen hören/ begehren demnach an ſtatt höchſtgedachtes unſers gnädigſten Herrns / ihr wollet beyden Theilen/ und ihren Eltern/ für Euch zuerſcheinen aufferlegen laſſen/ ihre Gebrechen und groſſe Gefahr/ abſonderlich vorhalten/ und Fleiß anwenden/ ob ſie in ihren Vorhaben in guten abzuſtehen ſich erklären möchten/ in Gegenfall aber klagendes Theil durch einen Medicum und Barbirer oder Bader/ auch da es nöthig eine Wehmutter nachmals beſichtigen laſſen. Alia obſtetricum utilitas eſt ſi (2.) diviſio hereditatis oriatur inter

gemellos, & non conſtet, uter illorum ſit primogenitus, vel natu minor; tunc etenim in hac re teſtimonium obſtetricum plurimum valet, non minus atq; parentum & vicinorum; idq́; eò magis, ſi adfuerit duarum obſtetricum teſtimonium juratum, *Bart. in l. de ætat. n. 7. ff. de minor. Menoch. de Præſumt. in lib. 2. de præſumt. n.* 1. *& 30. 51.* atqve hunc in modum pronunciarunt Scabini Lipſ. teſte *Carpz. cit. Juriſpr. Forenſ. p. 3. c. c. 15. d. 18. p. t.* in verb. Auff dem Fall hätte unter denen beyden Zwillingen der kleinere/ davon der erſten beyden abgehörten Hebammen Auſſage meldet/ woferne ſie ihre Auſſage/ vermittelſt gewöhnlichen Zeugen-Eides wiederholen würden/ ſolcher Köhrgerechtigkeit ſich alleine anzumeſſen / wol Fug. Sic obſtetricum atteſtatis fides eſt adhibenda, qvando (3.) qvæſtio eſt inter hæredes an partus vivus fuerit, annon; præſertim ſi nullam vocem emiſerit, ſed vita ex aliis qvibusdam ſignis deprehendi debeatur, utputa motu corporis, pedum, brachiorum, anhelitu & ſimilibus prouti etiam reſponderunt iidem Dni, Scabini Lipſienſ. *ap. cit. Carpz. P. 3. c. 17. definit. 19. in verb.* Iſt euer Tochter Mann geſtorben/ und hat ſein Eheweib ſchwangers Leibes zuſamt einen Gütlein nach ſich verlaſſen/ und es hat nachmals bemelte Wittib euere Tochter einen jungen Sohn zur Welt gebohren. Ob nun wol ſolch Kind/wie es geboren worden ſich gar nicht gereget noch geſchrien. Dieweil aber dennoch die beyden Weiber/ ſo bey ihr in ihren gefährlichen Kindesnöthen geweſen/ vermittels Eides ausgeſaget/ daß diß Kind als ihm ein wenig Pfeffer in die Naſe geblaſen und gerieben worden / zweymal mit der Naſe gar meblig geſchnupfet / ſo erſcheinet daraus ſo viel / daß daſſelbe das Leben noch gehabt/ wie es auff

die Welt kommen. Dahero dann oberwehntes euë res Eydams Verlaſſenſchafft auff daſſelbe Kind kommen und gefallen/ welches hernach ſolche Verlaſſenſchafft daß es bald geſtorben/ und nicht die Tauffe bekommen/ uff ſeine Mutter/ euere Tochter vererbet/und des Vatern Brüdern haben ſich deſſelben anzumaſſen nicht Fug.

TH. X.

In fœminino ſexu habemus vel perſonas ſolutas, vel conjugatas: ſolutæ iterum vel viripotentes ſunt, vel minus tales; Hæ, qvæ ad congreſſum maritalem nondum aptæ ſunt, ſi ſtuprum violentum paſſæ fuerint, perpetranti mortem important, modò crimen ab ipſo probetur conſummatum, de qvo tamen judex, priusqvam ad mortis ſupplicium deveniat, certus eſſe debet ex aſſertione obſtetricum, qvarum inſpectioni & judicio res hæc committitur, ut patet ex verbis *Conſtit. Elect. 32. p. 4. ibiq; Carpz. d. 1. n. 10. & ſeq.* Credendum enim eſt hâc in re obſtetricibus juratis, ſi non de veritate, attamen de credulitate deponentibus, *Pacian. probat. lib. 1. c. 47. n. 17. Felin. Sand. in c. propoſuiſti. 4. X. de probat. n. 9. Rutg. Ruland. de Commiſſar. lib. 4. c. 17. n. 11. & 12. Bart. in l. jurisjurandi. ff. de teſtib. Bald. in l. nemini. C. de Advoc. diverſ. judicior. Matth. Berlich. p. 5. concl. 42. n 37. Dan. Möller. ad Conſtit. Elector. 31. p. 4. num. 4. Franciſc. Marc. p. 2. deciſ. 687. num. 1. Farinac. Pr. Crimin. p. 4. tit. 16. q. 147. n. 141. Raphaël. Cuman. conſ. 96. n. 1.* Atqve hunc in modum eodem teſte *Carpz. in prax. crimen. p. 2. q. 75. n. 31. & ſeqq.* Dictitarunt pœnam gladii cuidam ſtupratori Scabini Lipſienſes, ante tamen de ſtupro

cum

um puellâ impubere per vim commiſſo ac perfecto ex depoſitione obſtetricum certiorati: *in verb.* **Hat N. in güten bekant / daß er jüngſt verſchienen N. Stiefftochter ein Mägdlein von 9. Jahren / ſo der Kühe im Felde gehütet / gewaltſamer Weiſe darnieder geworffen / ihr die Beine von einander geriſſen und genothzüchtiget. Und die Wehemutter und etliche andere Weiber haben an dem Mägdlein befunden / daß ſie an der Scham ſehr geſchwollen geweſen. Do nun der Gefangene auf ſeinen gethanen Bekäntnüß etc. So möchte er von wegen ſolcher bekandten Nothzucht mit dem Schwerdt vom Leben zum Tode geſtrafft werden. V. R. W.** Plura habet *l.c. Carpzovius,* qvem L. B. evolvat.

Th. XI.

Virginem viripotentem in medium producim9, qvatenus nimirum ejusdem virginitas vel adſtruitur, vel negatur. In adſtructione diſqviritur, an obſtetricibus, aliqvam virginem eſſe, aſſerentibus, credatur? Nos (poſthabito aſſerto corporis Juris Canonici, qvod mentis caſtitatem urget, nec ſtatim aliqvam virginem eſſe vult exinde, qvod incorrupta inveniatur virgo in eâ parte, qvâ mulier poteſt eſſe, *can.* 4. *XXVII. qvæſt.* 1. qvum potuerit ex aliâ corporis parte peccaſſe, qvæ corrumpi poteſt, inſpici non poteſt) caſtitatem corporis hâc vice æſtimantes, arbitramur omninò eſſe reſpondendum affirmativè, ſecundum *Kornm. de J. V. cap. 8. ibiq. citat. Dd.* Hinc ubi ruſticus qvidam jactaverat, ſe aliqvam virginem defloraſſe, adhibitæ fuêre obſtetrices, qvæ cum unanimiter virginitatem puellæ adſtruerent, fuſtigationem diffamanti, mediante ſententia

Dn. Scabinorum Lipſienſium, conciliarunt, *v. Dedekenn. vol. 3. l. 1. ſect. 9. n. 8. in verb.* S. W. V. R. daß der Bauers-Geſelle von wegen ſeiner beſchehenen Bezüchtigung/ als ſolte er die obbemeldte Jungfrau beſchlaffen haben/ dieweil ſie doch nach Vermöge der geſchwornen Weiber Auſſage/ vor eine Jungfrau und unverrückt befunden/ mit Ruten billich wird ausgeſtäupet/ und aus eurem euch anbefohlnen Amte verwieſen. Quod & verum eſſe aſſerit *Rein. de Forliv. in l. 1. §. ſed & ff. de ventr. inſp.* Etiamſi par numerus fuerit obſtetricum, aliquam virginem eſſe affirmantium atque negantium; Magis quippe affirmantibus credendum eſt, *Fulv. Pacian. de probat. lib. 2. c. 2. n. 12. cum Curt. concl. 19. & 32. de teſtib.* modo ſecundum *Panormit. in c. propoſuiſti X. de præſumt.* obſtetrices deponentes de virginitate puellæ, reddant ſuas rationes, videlicet: ſcimus, quia vidimus & inſpeximus eam. Sed an neceſſario ab obſtetricibus venter virginis tangendus? Affirmat hoc *Pacian. l. 2. c. 2. n. 17. arg. cap. cauſam. verb. ſæpè manus fallit. X. de probat.* non obſtante eo, quod dicatur in *l. 1. §. mittantur autem mulieres. ff. de ventr. inſpic.* ne quædam ex obſtetricibus invitâ muliere inſpiciendâ ventrem tangat, quia hoc in muliere ex ſpeciali ratione introductum fuit, ne tactu læderetur partus, ut ait *Alber. in l. Imperator. l. 2. num. 4. ff. de ſtat. homin. & ibi Angel. num. 4.* quæ ratio non concurrit in virginitate probanda, *vid. Franciſc. Callet. in not. ad Pacian. l. c. lit. E. verb. tangere.* Præterea, *loc. alleg. ff. de ventr. inſpic.* procedere videtur, quando probatio rei poteſt haberi ſine tactu, uti nonnunquam in imprægnatione, quam per ſolam ventris inſpectionem cognoſcimus; ſed ſecus eſt in probatione virginitatis, quæ non ſolo viſu cognoſcitur,

niſi tactus intercedat, *Aret. Conſ.* 141. *num.* 20. aliàs, non poſitâ hâc circumſtantiâ, utique tolerari poſſet opinio *Bart. à Saxoferrat. in l. teſtium. ff. de teſtib.* ibidemque *Bald. num.* 37. *in C. Jacob. de Sanct. Georg. in l. ob carmen.* §. *ſi teſtes. X. de teſtib. num.* 7. *Dec. Conſ.* 368. *num.* 3. qui dicit: quod magis credatur dicentibus eſſe corruptam, quàm virginem, tùm maximè, quod ſæpè manus & oculi obſtetricum fallantur, *cit. can. nec aliqua.* 4. *XXVII. q.* 1. *c. cauſam.* 14. *X. de probat.* Idem tradit. *Fulv. Pacian. in l. c. & l.* 1. *c.* 50. *num.* 60. Hanc nimirum concluſionem procedere, niſi aliquæ veriſimiles conjecturæ adverſus puellam extent, quia tunc magis credendum obſtetricibus potius de corruptione, quàm de virginitate deponentibus *in l. c.* Et hoc in facto ſibi contigiſſe aſſerit *Bai. in not. ad Jul. Clar. Prax. Crim. q.* 4. *num.* 7. dum extitit Gubernator Civitatis Spoletanæ, ubi quædam puella fuit tradita duabus obſtetricibus, ex improviſo vocatis, quâ inſpectâ, cum juramento retulerunt, illam eſſe adhuc virginem, & tamen poſtea fuit reperta prægnans, & cùm per curiam procederetur contra dictas obſtetrices propter falſam relationem, ſe excuſaurnt, tùm maximè, quod hoc indicium per ſe propemodum ſit ſatis fallax, *jung. Dn. Richt. vol.* 2. *Conſ.* 65. *num.* 6. Idem in gravi caſu ſe obſervaſſe ſcribit *Bernhard. Zieriz. in not. ad Conſt. Crim. Carol. V. c.* 36. ubi IV. obſtetrices jurato affirmabant quandam non eſſe gravidam ſuaq; aſſertione Magiſtratum fallebant, quæ tamen poſteà prægnans inveniebatur.

Th. XII.

Gravior diſceptatio eſt, quid juris eſſe debeat, ſi inter ſe obſtetrices & Medici concurrant, & illæ affirment aliquam

quam virginem adhuc eſſe; Hi vero ex artis præceptis contrarium aſſerant, cui parti judex adhærere debet? Et conſtans eſt Dd. opinio, Medicorum fidem in hoc paſſu debere prævalere, *vid. Aretin. Conſil. 142. num.* 19. *Dominic. Cardinal. Tuſch. Concl. Pract.* 286. *num.* 70. *lit. P.* Hoc enim modò judicatum fuiſſe recitat *Thom. Bartholin. de inſolit. part. viis. cap. 18. ex Vincentio Cruc. quæſt. Epiſt. cent. 4.* in caſu Spoletanæ puellæ decem annos natæ, quæ defloratæ virginitatis initio proprium accuſabat patrem; mox negabat. Advocati ſunt Medici, & Chirurgi, & obſtetrices, quæ abditas partes puellæ intuerentur, contrectarent, & judicium ferrent. Medici negabant conſtanter illam fuiſſe defloratam, & obſtetrices affirmabant. Qværebatur utrinam parti judices magis crederent, Medicis an obſtetricibus? Allarii judicium fuit, nullam prorſus adhibendam eſſe fidē obſtetricibus, quòd incerta ſint & fallacia ſigna omnia, per quæ virginitas ſeu præſens, ſeu jam ablata dignoſcitur, *add. Dn. Richt. cit, vol. 2. Conſ. 65. num. 7. qui & num. 42. in fin.* ſententiam affert Dn. Scabinorum Jenenſium, ſequentibus verbis, *p.* 343. Es iſt aber dieſem der Bade-Mutter atteſtato zugegen des Medici Bedencken/ der ausdrücklichen ſetzet/ daß die membra genitalia mulierum, poſt abortum, oder auch partum legitimum, ſo genau und hart wieder zuſammen gehen/ als ſie vor der Zeit geweſen/ dahero die Bade-Mutter nichts gewiſſes ſagen können: Welchem berühmten Medico, deme auch andere Medici, ja wol gantze Collegia beygeſtimmet hätten/ wenn ſie wären conſuliret worden (denn alſo ſchreibet auch *Ambroſ. Paræus oper. chirurg. l. 23. cap. 15.* Galliar. Reg. Primarius & Pariſienſis Chirurgus: id porrò in partu mirari ſatis non poſſum, uterum, qui toto graviditatis tem-

pore ſic obſeratus fuit, ut ne ſpecillum quidem admitteret, derepentê in ipsô partûs articulo dehiſcere, adeò ut exitum fœtui præbeat, pauloque poſt ſe contrahere, quaſi nunquam hiaſſet) bey ſo vielen concurrirenden Umſtänden tanquam peritiori in ſuâ arte mehr Glauben beyzumeſſen/ als den Bade-Müttern.

TH. XIII.

In deſtructione virginitatis diſceptatur, an obſtetricibus quoque fides debeat adhiberi, affirmantibus, virginis alicujus pudicitiam fuiſſe læſam? Novimus quidem alios virginitatis explorandæ modos, de quibus, quatenus apud Afros uſitati fuerunt, videatur *Paul. Cypr. de Sponſal. c. 13. §. 41. n. 3. ex Joh. Leon. lib. 3. c. 34. deſcript. Afric.* qvando ſcilicet in primo ſponſorum concubitu lintea apparuère ſangvinolenta, idque etiam in V. T. Judæis, imò & olim aliis populis haud incognitum fuiſſe tradunt *Gloſſ. Can. ſatis hinc. 14. verb. lapitaretur. XXXIII. q. 5. Panorm. in cap. propoſuiſti. 4. x. de probat. num. 2. Matth. de Afflict. decif. 236. num. 3. Alexand. ad Bart. in l. item apud Labeonem. 15. §. ſi quis virginis. 15. ff. de injur. Arniſ. de Jur. Connub. c. 3. ſect. 3.* Jungantur hic, quæ de conſuturâ pudendorum virginis apud Nigros nobis dereliquit *Petr. Bemb. lib. 6. Hiſtor. Venet.* Idem *Cypr. c. cap. 13. §. 51. num. 3.* alium modum, apud Epheſos qvondam uſu receptum, refert ex *Achille. Stat. lib. 8.* qui fiebat fiſtulæ indicio: nam in ſpeluncâ quadam fiſtula ex pluribus tibiis compacta, quæ ex arundinibus conſtabant, collocata, & à Pane Deo ſuſpenſa fuit, quam deinceps incolæ Dianæ conſecraverunt. Itaque cum virgo in ſuſpicionem violati pudoris veniſſet, eam populus

pulus ad ſpeluncæ fores comitabatur, ut fiſtulæ judicium ſubiret, qvod tale fuit: Quæ ſtupri ſuſpecta erat, ſtolâ induta in antrum deſcendebat, cujus poſtes ſtatim à quodam obſerabantur. Et ſiquidem puella à viro integra eſſet, dulcis & divinus quidam ſonus audiebatur, & ſtatim valvæ ſpeluncæ ſponte aperiebantur: ſin autem virgo non erat, ſed ψευδοκόρη, fiſtula pro cantu flebilem ſonum emittebat. Populus, relictâ muliere, ſtatim domum redibat: Virgo autem quædam ejus loci antiſtita, tertio demum die ſpeluncam ingreſſa, fiſtulam humi delapſam, virginem autem nusquam reperiebat. Id judicium ſubiiſſe Leucippem, & incolumem evaſiſſe, idem commemorat. Huc referri poſſent, quæ profert, *Nicol. de Lyra, in cap. 31. lib. Numer.* de probatione virginitatis, virginum Madianitarum: nam cum juſſi eſſent Hebræi omnes fœminas Madianitarum, exceptis virginibus, interficere, nec virgines à mulieribus diſcernere ſcirent, fecerunt omnes fœminas tranſire ante arcam Domini, & tunc ex ſigno à Deo dato cognoſcebant, quænam eſſent virgines, & quæ corruptæ. Aliæ explorationes legi poſſunt apud *Fulv. Pacian. de probat. lib. 2. num. 40. & ſeq.* ubi ſcribit, apud Gentiles antiquam opinionem fuiſſe, ut virginibus primo coitu collum groſſius efficeretur. Ideoque ad probandam virginitatem die præcedente, antequam cum marito ſponſa coiret, filo collum puellæ circundabant, & poſt coitum mane ſequenti eodem filo collum metiebantur, & ſi illud groſſius factum inveniebant, ſponſam fuiſſe virginem arbitrabantur, ad quem morem videtur alluſiſſe *Catull. in Epithalam. Pelei & Thetidos* in illis verſiculis:

Non illam nutrix orienti luce reviſens
Heſterno collum poterit circundare filo.

 Quid;

Qvid? quod virorum virginitatem Germanos explorare potuiſſe, ſcribit *Cæſ. lib. 1. Comment.* Plura, quæ de virginibus Veſtalibus earumque probatione per aquam in cribro geſtam, per ferrum candens, vel aquam ferventem aut frigidam, per motionem navis, quæ nullis viribus moveri poterat, nudâ Zonâ peractam, tradunt Hiſtorici, ſcienter, ne chartæ in immenſum excreſcant, præterimus: multò magis ad quæſtionis noſtræ propoſitæ ſtatum propiùs acceſſum facientes, ſatis ſuperque arbitramur doctioribus conſtare ex fide hiſtoricâ, Hebræos olim ſolitos virginitatem explorare per obſtetrices, ex narratione *Suidæ in Explic. nomin. Jeſu.* Ubi ablegatas ſcribit mulieres ad inſpiciendam beatam Mariam (de quo tamen Codex ſacer altum planè tenet ſilentium) utrum ſine congreſſu viri concepiſſet, & illæsâ virginitate peperiſſet. *Cyprianus* quoque virgines Deo dicatas, per manus obſtetricum tentari jubet, *lib. 1. Epiſt. 10. c. quod ſi. 27. q. 1. c. propoſuiſti. X. de probat.* & Romani dabant negotium ventris inſpiciendi iisdem *l. 1. de ventr. inſpic.* Contra verò *Arniſ. de Jur. Connub. cap. 3. ſect. 3. num. 26.* fruſtrà obſtetricum operâ hîc uti ſtatuit, quoniam hîc nihil eſt, quod inſpicere poſſint, nec ipſæ, quid inſpicere debeant, intelligunt. Noſtrum erit mediâ, uti in præcedente quæſt. incedere viâ, ſtatuendo videlicet: Obſtetrices, ſi cauſam aſſertionis ſuæ in judicio adjecerint, omninò in puncto defloratæ virginitatis præſumtionem facere, licet non ſtatim probationem omni exceptione majorem: tùm maximè, ſi accedat fama crebrioris & illicitæ converſationis cum juvenibus, oſcula impudica, aliaque notoria ſcortationis indicia, quæ judici manifeſtiora reddit *Menoch. lib. 5. Præſumt. 41.* Nam ſicut non eſt veriſimile, ut puella dormiat cum juvene ſine pollutione, juxta illud

Ovi-

Ovidianum: à juvene, & cupido credatur reddita virgo? Ita etiam propter hanc cauſam magis creditur obſtetricibus aſſerentibus, virginem fuiſſe cognitam; cum ſit hoc veriſimilius, & experimentum verorum ſermonum ſit, ut concordet cum rebus ſenſatis, *Fulv. Pacian. de probat. l. 1. cap. 50. num. 60 & 61.* Idem etiam inſpectionis proceſſus in puncto amiſſæ virginitatis, quæ ex concubitu cū diabolo originem traxit, per obſtetrices inſtituendus venit, nimirum: quo conſtet, an ille actus revera fuerit perpetratus â Dæmone, corpore humano induto, an verò ex morbo ejuscemodi imaginatio cenſeatur conciliata, *add. Dedekenn. vol. 2. ſect. 19. n. 10. p. m. 441.*

TH. XIV.

Sed quid ſi lac in mammillis ſuſpectæ virginis reperiatur; an & tum obſtetrici, de virginitare amiſsâ deponenti, fides eſt adſcribenda? Reſervamus in hoc caſu lubentiſſimè Phyſicis pariter ac Medicis lactis in homine elaborationem atquè coctionem, concedimusqve ambabus manibus lactis profluentiam utplurimum effectum eſſe conceptionis, & præſumtionem defloratæ, viciatæ ac gravidæ fœminæ aut puerperæ præ ſe ferre, quibus adjici poſſunt ea, quæ *Bal. in rubr. C. de probat. num. 6.* de virgine profert: quod ea præſumatur prægnans, ſi habeat lac, *add. Fab. lib. 5. Inſt. orator. cap. 9.* & hanc probationem violentiſſimam vocat *Menoch. 1. Præſumt. q. 3. num.* 3. quia vim ſolidi argumenti habet ex neceſſitate quâdam cogentis, *Duaren. 1. Diſp. Anniv. c. 27. & tit. de probat. c. 3.* Sed nos lactis profluentiam, niſi aliæ circumſtantiæ concurrant, indubitatum deflorationis ſignum eſſe, conſtanter negamus cum

Bocer. de quæſt. & tortur. cap. 3. add. Kornm. c. cap. 9. Henning. Arniſ. de Jur. Connub. cap. 3. ſect. 3. Carpz. Prax. Crim. part. 3. qvæſt. 122. num. 22. Conſentit cum hâc affirmativâ ſententiâ Peinliche Halsgerichts-Ordnung *Carol. V. art. 36.* in verb. Welcher dann in den Brüſten rechte vollkommene Milch erfunden wird (non, ſi alius ſit liquor quidam à lactis naturâ recedens, *Zieriz. ad Conſtit. Crimin. Carol. V. p. m. 53. cap. 36.*) die hat deßhalben eine ſtarcke Vermuthung peinlicher Frage wider ſich. Nachdem aber etliche Leib-Aertzte ſagen/ daß aus etlichen natürlichen Urſachen etwa eine/ die kein Kind getragen/ Milch in den Brüſten haben möge/ darum/ ſo ſich eine Dirne in dieſen Fällen alſo entſchuldiget/ ſoll deßhalben durch die Hebammen oder ſonſt weitere Erfahrung geſchehen. Potius igitur exemplum hoc apponeremus veriſimilibus judiciis, cùm alia poſſet cauſa eſſe lactis mammillaris, ſuppreſſio ſcil. menſium, *Hippocr. 5. Aph. 39. Add. Alberic. Gentil. lib. 7. c. 9. p. 776.* ubi de probatione virginitatis & concubitus plura eleganter & ſatis fusè communicat. Hinc ſi mulier, neque prægnans, neque enixa, lac habet; huic menſtrua defecerunt, *Gothofr. ad l. 15. ff. de ædilit. edict.* Propter maximum enim conſenſum venarum uteri cum venis mammillarum & regurgitationem ſanguinis hoc fieri poſſe, docet *Zieriz. l. c. ex Schenck. 4. Obſerv. Medic. 226. 240.* Idem ſecundum *Kornm. de jur. virg. c. 8. & 9.* virgineæ arguunt vaccæ, quæ mulgentur ſæpius, anteqvam initorem admiſerunt bovem.

Th. XV.

Taceo ea, quæ de viris apud Indos nobis retulêre hiſto-

iſtoriographi, quibus ferè omnibus magnam lectis copiam in lactis mamillis generari, affirmant. Huc ſpectat, quod *Cardan. de ſubtil.* atteſtante *Arniſ. l. c. n. 15. p. m. 106.* cognitum ſibi ſcribat virum 34. annorum, qui infantem lactare potuit, quod & *Dodon. in obſerv.* tradit & *Alex. Bened. lib. 3. c. 4.* lac ſcilicet fuiſſe conciliatum in viro ex eo, quod filium poſt mortem matris vagientem ſæpius uberibus admoverit. Jungatur *Alber. Gentil. l. 7. c. 9. p. 770.* Refert etiam *Gregor. Horſt. tr. de corp. hum. l. 1. exerc. 7. p. 8.* ſe vidiſſe generoſum quendam Baronem, qui, quoties voluit, mammis lac expreſſit, *add. Matth. Stephan. ad Conſt. Crim. Carol. V. art. 36. p. 64.* Idque inſuper probat *Ariſt. 13. de hiſtor. anim. c. 20.* exemplo caprorum in Lemno inſulâ, & caprarum non prægnantium in monte Oetâ, ubi paſtores urticâ tamdiu perfricant ubera earum, donec dolore & calore ſangvis attrahatur: licet *Scaliger. 3. Poët. c. 84.* illud *Virg. Ecl. mulgeat hircos*, ſi explicet, quaſi velit fieri, quod factu ſit impoſſibile; tamen *Matth. in Epiſt.* depingit hircum, lactis copia abundantem. *Laurent. lib. 3. Anat. q. 2.* diſtinctione rem expedire cogitat, dum verum lac poſt conceptum, fucatum ante generari cenſet, quaſi ubi ſit eadem cauſſa efficiens, eademque materia, non idem ſequatur neceſſariò effectus. Porrò non minus ſupprimo, quæ forſitan obſtetrix vel ex mutatione vocis, vel hymenis abſentiâ, ex propinatione pulveris lapidis Gagathis, ex injectione carbonibus ſeminis portulacæ, ex dijudicatione urinæ, aliisque nugis ſat innumeris, de virgine vitiatâ vaticinari velit, jungatur *Mich. Scotus in Phyſiogn. c. 22. 23. Barth. Anglus de prop. rer. lib. 16. c. 49. Alberic. Gentil. lib. 7. de nupt. c. 9. Panormit. in c. propoſuiſti. X. de prob. Matth. Afflict. deciſ. 236. Cuj. 17. Obſ. c. 27.* qui num virgo ſit divirginata, impoſſibile

 ob.

obſtetricibus præſertim, eſſe judicatu, ſtatuit, quem ſequitur *Maximil.* Fauſt *ab* Aſchaffenb. *in conſil. pro arar. cl.* 16. *ord.* 1143. *in fin.* Nam quod, inquit *Arniſ. l. c. n.* 26. *p.* 108. doctiſſimi & diligentiſſimi Anatomicorum aut ignorant prorſus, aut nonniſi dubitantes aſſerunt, qui fuerit (de hymenis abſentiâ, lactis profluentiâ, & aliis virginitatis explorandæ ſignis loquitur) cognitum mulieribus, de his rebus judicantibus, ut cœci ſolent de coloribus. Id porrò, quod cognoſcendum proponitur, tot viciſſitudinibus obnoxium eſt, ut ſive contractum inveniatur, ſive dilatatum, non niſi levem præbeat præſumtionem, nedum ut in re tanti præjudicii evidentis probationis loco eſſe queat.

TH. XVI.

Qvid autem dicendum de hoc caſu: ſi uxor virgo fuit eo tempore, quo nupſit, & poſt diuturnam cum viro cohabitationem adſtruere velit, virum eſſe impotentem, ſeque adhuc virginem, an tùm magis viro eredendum, concubitum affirman,tian verò uxori per obſtetricis virginitatem probare conanti? Diſtinguendum putamus cum *c. ſi quis.* 33. *q.* 1. *c. accepiſti. X. de frigid. & maleſic.* an mulier virginem adhuc ſe eſſe jactitat in ipsâ ſtatim novitate poſt menſem aut duos ad Epiſcopum aut ejus miſſum proclamaverit, ubi ſeparatio intercedere poteſt, modò accuſatio ulterius per rectum judicium probetur, *can.* 1. *quod autem.* 33. *q.* 1. *Pac. Iſag. ad tit. X. de frigid. & malef.* an verò poſt annum aut dimidium provocaverit ad Conſiſtorium Eccleſiaſticum, quod ſcilicet non fuiſſet cognita, quia tùm marito, contrarium affirmanti, tanquam mulieris capiti credendum eſt, *Ungepauer ad tit. alleg. p. m.* 556. ratio prægnans

gnans reperitur *in alleg. c. accepiſti.* quia ſi proclamare voluit, cur tamdiu tacuit? Cito enim & in parvo tempore ſcire potuit, ſi ſecum coire potuiſſet. Quapropter contra mulierem defloratam duæ præſumtiones concurrunt (1.) quia tardè proclamavit (2.) quia vir dicit ſe eam cognoviſſe: at rurſus eliduntur, ſi veraciter aliis circumſtantiis eam adhuc virginem eſſe, probari poſſit per obſtetrices; *add. Panormit. ad cit. cap. X. de frigid.* Sed quot obſtetrices adhibendæ veniunt in hoc caſu? Nos tres vel quatuor ſufficere, imò plures pro lubitu adhiberi poſſe, credimus cum *Bald. ad c. propoſuiſti. X. de probat. n. 3. Gloſſ. in c. nec aliqua. 27. q. 1. verb. obſtetricum.* Diſſentit à nobis *Fulv. Pacian. l. 2. c. 2. num. 26. & ſeq. in verb.* Sed ego credo neceſſarium eſſe, ut ſeptem adhibeantur, ſi poſſent in loco reperiri; ſi enim, quando agitur de ventre inſpiciendo, debent quinque obſtetrices adhiberi, ubi ſuſpicio eſt contra mulierem prægnantem, multò magis in noſtro caſu ſeptem ſunt neceſſariæ, tùm quia de re graviori agitur, id eſt, de matrimonio diſſolvendo, tum etiam, quia major præſumtio inſurgit adverſus mulierem, eò quia diu tacuit, & eò præſertim, cum ſit iſta materia, in quâ feliciter errari poteſt, quia manus obſtetricum & oculus ſæpe fallitur, *d. c. nec aliqua. in pr. 27. q. 1.* quoniam *Autor alleg.* contra argumentum *Novell.* 18. ſine lege loqui non erubuit, idcircò non videmus cauſam ſatis prægnantem, quare præcisè à conſveto binario, ternario &c. ad ſeptenarium numerum obſtetricum nos adſtringere debe.emus. Nec obſtat *c. fin. X. de frig. & malef.* ubi præter inſpectionem quoque requiritur juramentum ſeptimæ manus propinquorum, cùm exinde nondnm ſequatur: Ergò, ſi ſeptima manus propinquorum, juramento impotentiam confirmans, adeſſe debeat, ſequitur

etiam, quod ſeptem obſtetrices in puncto inſpectionis adhibendæ ſint. Taceo, quod ſecundum *Gloſſ. in c. requiſiſt. 33. q. 1. verb. ſeptima. & Franciſc. Call. t. in addit. ad Pacian. l. c. lit. h.* etiam duo propinqui ſufficiant, ſi ſeptem haberi non poſſint.

Th. XVII.

Circa *mulierem ſive nuptam* non minus occupatum eſt obſtetricum officium, & quidem quatenus vel fœcunda & apta ad liberos procreandos dicitur, vel infœcunda: Fœcunda rurſus tàm in ſe conſideratur, quam reſpectu partûs. *In ſe* ſpectata, gravida ſcilicet, obſtetricum judicio ſubjici poteſt, ſive jam revera talis fuerit, ſive vulgò pro tali habeatur; ſi certò prægnans exiſtat, tunc itidem videndum, an uterus hicce ex juſtis nuptiis provenerit, an verò ex clandeſtino & illicito concubitu. Si ex juſtis nuptiis uterus proveniat, obſtetrix vigore juramenti, ſupra *th.* 4. allegati, ante omnia eò allaboret, quò, requiſita, quocunque tempore promptiſſimè ad parturientes & laborantes accedere queat; piè, fideliter, cautè atque modeſtè partum & puerperam tractet, baptiſmum, in quantum poſſibile, maturet, nullum, tàm pauperum, quàm ditiorum reſpectum habeat; Præſertim autem ea attendat, quæ ſvadet *Caſpar Huberin. in Append. ad Dedekenn. vol.* 1. *p.* 2. *n.* 15. *p. m.* 222. Indes ſollen auch die Hebammen bey der Tauffe achtung haben im auff- und zubinden / daß die Kindlein nicht durch langſam ůmbgehen erkalten / und hernach darvon kranck werden / uñ etwan groſſen Schmertzen empfahen aus Hinläſſigkeit / und Unachtſamkeit / und Liederligkeit / welchem getreue / fleiſſige und behende Hebammen allen leichtlich fůrkommen kǒnnen. *add. Dn. VVelſch. c. l.*

Th. XVIII.

Si ex illicito coitu imprægnatio ſubſecuta fuerit, obſtetrix non minus mulieri impudicæ & per vitam meretriciam imprægnatæ omnem operam debitam atque juratam ferre debet, ne fortè mater aut infans periclitationem vitæ aut mortis aleam ſubire cogantur: poſtmodum tamen absque perſonarum reſpectu rem judici vel magiſtratui ſuperiore denunciare adſtricta eſt: Interim videmus ex obſervatione fori noſtri hodierni, quod ſi mulieres dentur puerperæ, inhoneſtè & contra leges Eccleſiaſticas vel divinas voluntarium ſtuprem paſſæ, quæ obſtinatè ſtupratorem indicare magiſtratui recuſant, obſtetrices quoque poſſint comminationem aliquam fictam, mortisque annunciationem iisdem facere, adeoque easdem hoc pacto ad confeſſionem obliquè compellere, quæ deinde non levem præſumtionem facit adverſus ſtupratorem perpetrati ſceleris, wenn ſie auff ihre Auſſage in dolore partûs, beſtändig verblieben/ quamvis exinde accuſatus, aliis circumſtantiis deficientibus, ſtatim pro confeſſo & convicto haberi nequeat, ſed multò magis eidem ad declinanda hæcce concedenda veniat defenſio, jure naturæ, nec deneganda Diabolo, hoſti licet humani generis aſperrimo.

Th. XIX.

Si vulgò pro prægnante habeatur, rurſus videndum eſt, an mulier huncce rumorem confirmet, an neget; Si *confirmet*, forſan ſpe percipiendi ex bonis imprægnantis lucri, non videtur ſufficere, quod obſtetrices dicant, ſe tau-

gendo corpus prægnantis ſenſiſſe puerum in utero, præſertim, ſi ſupra veſtes, vel interulam prædictus ſuſcipiatur tactus, quia ſi mulier voluit fingere ſe gravidam, potuit forſitam culcitram, aut quid ſimile ſupra ventrem ponere, vel etiam tunc trahendo ſpiritum movere ventrem, & ita movendo obſtetrici tangenti ſenſum aliquem embryonis in utero viventis & ſe moventis effingere, adeoque eam ad credulitatem adducere, (de quâ, non autem de veritate & infallibilitate rei inſpectæ, uti volunt *Gloſſ. in l. Jurisjurandi. ff. de teſtib. Alexand. Conſil.* 50. *volum.* 2. juramentum ferre poſſunt & debent, *Moller. ad Conſtit. Sax. p. 4. tit. 31. num. 4. p. m. 522. Maſcard. Concloſ.* 1125. *num. 7. Franciſc. Marc. deciſ.* 673. *part. 2. jung. Tiraquell. de Præſcript. §. 1. gloſſ. 5. Bald. in l. nemini. C. (de Advoc. diverſ. judic.)* prout elegantur tradit *Boſſ. tr. Crimin. tit. de part. ſuppoſ. n. 10. p. m. 33.* & multò minùs mulieri credendum, ſe prægnantem aſſerenti, ſi iſte tactus factus fuerit inſtante ipsâ muliere, vel quando apparet ex ipſo proceſſu, illam fuiſſe ſollicitam circa hoc, ut tangeretur: Etenim credibile eſt, eam omni aſtu uſam fuiſſe, ut ſe gravidam fingeret, & maximè tunc temporis, cum volebat tangi, omnes artes paraſſe, quò tangentes alliceret ad credendum, ſe gravidam eſſe, *Joſeph. Maſc. de probat. vol. 3. concl.* 1151. (non 1147. *ut Farinac. l. c.* ter eundem allegat *num. 269. & ſeq.*) Et hoc magis verum eſt ſecundum *Ægid. Boſſ. l. c. num.* 10. Si non obſtetrices juratæ, ſive publicè conſtitutæ, aliæ mulieres (utut mediante juramento) dixiſſent aliquam uterum genere: maximè ſi ea, qui ſe prægnantem aſſerit, potens eſſet, & fœminæ, quæ eandem inſpexerunt viles, quia non audent ſimiles perſonæ plus ultera tangere, vel manu progredi, quam velit ma-

tro-

trona, *add. Cujac. ad Sentent. Paul. tit. 2. lib. 1. §. venter inſpicitur. Joh. Andr. ad Specul. in tit. de Teſtib. n. 4.*

TH. XX.

Si *neget* mulier, utputa ob metum carceris, vel alterius pœnæ arbitrariæ, pariter & evitationem pœnitentiæ Eccleſiaſticæ itidem *arg. l. 1. pr. & 10. ff. de ventr. inſpic.* tres obſtetrices, probatæ artis & fidei, & minime ſuſpectæ ſimul omnes eandem inſpicere & in referendo conteſtes eſſe debent, & tangere eandem nudam, nec ſufficit, quòd obſtetrices dicant: ſe vidiſſe & tetigiſſe ventrem durum & tumefactum, cùm poſſit eſſe, quod hoc evenerit non ex prægnantia, ſed ex aliquo morbo & infirmitate, *conf. fuſius Maſcard. Boſſ. Farinac. Pacian. locc. allegg. jung. Claud. Tut. in repetit. L. prægnantes. num. 37. 38. 39. ff. de Pœn. Rulan. de Commiſſar. lib. 4. cap. 37. num. 9.* Cui tamen adſtipulari non poſſumus, quando dicit *num. 15.* ſi venter inſpiciendus, id noctu debere fieri: quia præter id, qvod tenebræ ſint ad ſubjiciendum aptiores, ſemper omnis occaſio, quæ falſitatis & incertitudinis præſumtionem præ ſe ferre poteſt, licet minimam, omnimodo evitari debet.

TH. XXI.

Notandum autem in hiſce allegatis omnibus inſpiciendi actibus, ob verecundiam ſexûs fœminini, primas partes deberi obſtetricibus, quarum ſi non extiterit copia, vel effatum (utut juratò editum) à judice præſumatur falſum tùm demum Medici ſeu maſculi periti advocari debent, *Aret. Conſil. 142. n. 17. Rutg. Ruland. Commiſſ. part. 1. lib. 4. cap. 17.* (etiam tempore iſto, quo laborat mulier in

puer-

puerperio, *vid. notab. append. ad cap. 17. part. 1. La Comm. dell. Scip. Mercur. Dn. VVelſch.*) quòd multò magis procedit, quando agitur de tali qualitate, in quâ diſcernendâ altior requiritur prritia, quæ non tàm in obſtetricibuet, quàm in Medicis præſumitur, *Aret. l. c. n. 15. dub. 4.* ubi exemplum profert de filiâ Marchionis Mantuæ Ducis Mediolani filio deſponſata, quam inſpiciendam eſſe â Medicis, non verò obſtetricibus concluſit, ut hinc cognoſci poſſet, an illa puella eſſet gibboſa, vel aliud vitium corporis haberet, propter quod eſſet, vel futura eſſet deformis, *add. Tiraquell. de leg. connub. l. 14. n. 28. Dec. in c. propoſuiſti. n. 3. X. de probat.*

Th. XXII.

Circa partum *in genere* obſtetrix peccare poteſt ſecundum *Zachiam. l. 6. tit. 1. quæſt. 12. num. 3. p. m. 474.* cum contra animæ ſalutem quicquam mulieribus perſvadent, v. g. non licitum coitum ad ſuſcipiendos liberos ex alio, quàm ex proprio viro, uſum vani alicujus & ſuperſtitioſi remedii, ad eundem finem ſuſcipiendæ prolis, vel alium quemcunque? aut cum medicamenta coitus deſiderium excitantia commonſtrant, aut viri vel proprii, vel cujusvis amorem conciliantia; cum corruptarum virginum integritatem reparare docent, vel lac à partu exſiccare, vel ſterilitatem inducere, & conceptum impedire, cum medicamenta genitalium laxitudinem conſtringentia adminiſtrant, cum fucos & coſmetica ipſis mulieribus parant, vel indicant, & alia hujuſcemodi ad malum finem adhibent; Hinc vulgò dici ſolet, tria eſſe, quæ in ædibus ignem immittunt: Filius prodigus, mulier adultera, & obſtetrix le-

na, *Thom. Garzon. in Theatr. del mondo. in annot. ad diſcurſ. 130. Rut. Ruland. de Commiſſ. lib. 4. cap.* 17. Nos hâc vice *in ſpecie* ipſum partum nobiſcum paulò altius perpendemus, & quidem vel ut vivum, vel ut enecatum; vivum iterum habemus vel proprium, ſive revera ex ſuis parentibus, natum, vel ſuppoſitum; genuinum & natum ex parentibus, ſimiliter videbimus tàm ut vindicandum, quàm ut baptizandum. Circa vindicandum conſideratio quædam ſuboritur, quando videlicet ille, divortio facto, à patre deſideratur, & contra mulier, forte ex invidiâ, ſe gravidam neget: tunc etenim prætor domum honeſtæ matronæ eligere debet, in quam mulier veniat, ut poſſit inſpici; & ſi ſe inſpici non patiatur, vel ad domum non veniat, Prætoris autoritas interveniet, ita quidem, ut liceat marito partum non agnoſcere: ſed finge, non eſſe contentum maritum, quia ſe patrem potius optare, quam filio carere velit? tunc cogenda eſt reſpondere, pignoraque ejus capienda & distrahenda, ſi contemnat, vel mulctis coërcenda: ſi verò omnes, vel plures eam uterum gerere pronunciaverint, perſvadendum mulieri erit, ut perinte cuſtodem admittat, atque ſi ipſa hoc deſideraſſet: Sed ſi renunciaverint prægnantem non eſſe, an mulier in juriarum experiri poſſit ex hâc causâ? & reſpondit *Ulpianus in l.* 1. *pr.* §. *1. 2. 4. 6. 7. & 8.* agere eam injuriarum poſſe, ſic tamen, ſi injuriæ faciendæ cauſa id maritus deſideravit; cæterum ſi non injuriæ faciendæ animo, ſed quia juſtè credidit, vel nimio voto liberorum ſuſcipiendorum ductus eſt, vel ipſum ea illexerat, ut crederet, quod conſtante matrimonio hoc fingebat, æquiſſimum erit ignoſci marito: & notandum, quod non permittatur marito, vel mulieri obſtetricem adhibere, ſed

omnes à prætore adhibendæ ſunt, *add. Boſſ. tr. de part. ſuppoſ. n. 10. p. m. 333.*

Th. XXIII.

Quæ obſtetrices concernunt quoad partum baptizandum, *in genere* delineavimus *in th. 16. in fin.* (nam & de hujus ætate aliquando rationes reddere tenentur, præſertim ubi nonnunquam deſunt libri baptizatorum, die Tauff-Bücher/ *arg. l. 3. §. de Carbon. Edict.* Sic olim ad probandam ingenuitatem adhibebantur *teſte Liv. lib. 3. ab U. C.*) nunc *in ſpecie* diſquiſituri ſumus, quid ſtatuendum ſit de baptiſmo in caſu neceſſitatis, quem vulgò vocant die Noth-Tauffe? Sane hunc baptiſmum tempore neceſſitatis, omnis admittendæ moræ neſciæ, à laicis, obſtetribus, aliisque fœminis adminiſtrari poſſe (non obſtantibus iis, quæ contra laicos protrudunt Calviniani, *vid. Calv. 4. Inſt. cap. 15. §. 20. Epiſt. 5. 229. 278. 326. Vol. Tract. Theol. Bez. p. 2. quæſt. & reſp. q. 140. p. 2. ad acta coll. Momp. Epiſt. 12.* & Theologis noſtratium ventilanda veniunt) Jus Canonicum probat, *c. ſuper. 4. XXX. q. 1. c. mulier. 20. c. in neceſſitate. 21. diſt. 4. de conſec. Ivo. p. 1. c. 191. add. Niceph. l. 1. Jur. Græco-Rom. ſect. 5. c. 1. pag. 47. Rittersh. p. 1. Novell. c. 4 n. 11.* & qui plures allegat. *Heinr. Gothofr. VValther. Poſtil. Theol. Jurid. Polit. p. m. 70, 71.* Conſentit cum hoc *Ordin. Eccleſ. Adminiſtr. Magdeb. c. 3. n. 20. in verb.* Und ſollen auch die Wehemütter jedes Orts/ vor ihrer Annehmung und Vereidung von der Obrigkeit in Beyſeyn des Pfarrers unterrichtet werden/ wie/ und wenn ſie die Tauffe verrichten mögen; Et hæc ſententia adeò vera eſt, ut nec miniſtri Eccleſiæ baptiſmum, tempore neceſſitatis à laico, obſtetrice, vel aliâ muliere:

liere piâ atque honeſtâ peractum, remotâ neceſſitate, poſſint iterare, etiamſi preces & benedictiones uberiores, ſvadentibus ita ceremoniis cujusque Eccleſiæ, ex poſt facto à ſacerdote peragi queant, adhibitis plerumque ſequentibus quæſtionibus: an infans ſit baptizatus? quâ materiâ? quibus verbis? an preces ſint adhibitæ? juxtim ac qui patrini ac compatres fuêre requiſiti? an hæc omnia ita revera fuerint facta & peracta, uti quoque atteſtatur Kirchen-Ordn. der Stadt Hall/ *tit.* von der Noth-Tauffe/ in verb. Wenn ſolche Noth fürfället/ daß ein Kindlein im Nahmen des Vaters/ Sohnes und Heil. Geiſtes mit Waſſer getaufft wird/ ſo ſollen die Miniſteri daſſelbe nicht noch einmal tauffen/ denn die rechte Tauffe iſt dem Kindelein gereichet nach dem Befehl des HErrn Chriſti. Wie es aber weiter mit dem Segen und Gebet über das Kindlein ſoll fürgenommen werden/ da es Zeit hat/ und das Kindlein beym Leben bleibt/ ſoll mit Rath des Pfarrers an iedem Orte und nach Anweiſung der Kirchen-Agenda geſchehen. Und ſollen die Wehe-Mütter/ oder die jenigen/ ſo die Noth-Tauffe gethan haben/ fleiſſig befragt werden/ da ſie ſolch Kindlein zum Gebet in die Kirchen bringen/ oder daheim der Diener gefordert wird: Denn es müſ-

ſen beydes die Eltern und die Kindlein von vieler Urſachen willen der Tauffe gewiß ſeyn.

Th. XXIV.

Alias, ſi dubitetur, an baptiſmus in caſu neceſſitatis, poſitis ut ſupra dictum ponendis, legitimè fuerit peractus utique, ne ſcrupulus injiciatur conſcientiis, liberè absque omni contractione baptiſmus de novo, modò res adhuc fuerit integra, à verbi divini miniſtro in loco conſveto eſt reiterandus, conſentientibus in hoc caſu Conſiſtoriis Auguſtanæ Confeſſioni addictorum, in ſpecie videre eſt ex Nieder-Sächſ. und Braunſch. Kirchen-Ordn. *f.* 121. & *f.* 169. in verb. Wo aber der Prediger bey denen Leuten auff ſeine Frage von der Noth-Tauffe/ nicht gewiſſen / zuverlåſſigen / beſtändigen; Sondern zweiffelhafftigen Bericht zur Antwort bekommen/ und ſie ſagen würden/ daß wegen ſolcher hohen bekümmerlichen Noth und Schrecken/ ſie ſelbſt nicht wiſſen können/ wie mit der Noth-Tauffe es gehalten worden/ ob es auch mit Waſſer / und im Nahmen des Vaters / und des Sohnes/ und des H. Geiſtes / getaufft wäre: Sondern ſie alſo beſtürtzt wären geweſen/ daß ſie nichts beſtändiges hiervon berichten / noch bey den andern erforſchen könten/ ſo mache

man

man gar keine Gedancken noch Diſputiren oder Fragen hierüber / ſondern nehme das Kind und tauffe es allerdings / wie man ungetauffte Kinder zu täuffen pflegt / ohne alle Condition, nur ſchlechter Dinge hin.

Th. XXV

Non tamen temerè ſtatim obſtetrix infantem nondum utero matris penitus extractum baptizare præſumat, ſed potius expectet, donec integer vitalem hancce & mortalem auram haurire valet, nemo enim renaſcitur, niſi primùm naſcatur, *Luther. Tom.* 8. *Jenenſ. Germ. f.* 50. *Auguſtin. Epiſt.* 57. *ad Dardan. arg. Joh.* 3. *v.* 5. quemadmodum ſingulare ſtatutum ſimiliter videmus *in Ordin. Eccleſ. Hallenſ. tit. alleg.* in verbis: Was weiter denen Wehemüttern zu erinnern von nöthen / als daß kein Kindlein / ehe es gebohren / ſoll getaufft werden / daß man mit Gebet und Troſt den Weibern in Schwachheit der Geburt beyſtehe / darvon ſollen ſie in Annehmung ihres Beruffs / oder ſonſten im Jahre einmal vom Superintendenten unterrichtet werden / auch wol in Predigten in gemein / ſo viel es leiden wird / verecunde gedacht werden.

Th. XXVI.

Sed hoc iterum limitatur *à Thoma p.* 3. *ſumm. q.* 68. *probl.* 11. *ad object.* 4. ſi mortis periculum immineat, & caput primum egrediatur debere illud baptizari, quia in eo fundantur omnes ſenſus, quod, quemadmodum procedat, judicent ulterius Theologi Lutherani. Expreſſus enim

textus contrarius nobis proponitur *ap. Dedekenn. Vol. 1. p. 2. lib. 1. ſect. 5. num. 9. ex* Niederſchäſ. Kirchen-Ord. *fol.* 171. in verb. Zum fünfften muß und ſoll für allen Dingen in fleiſſiger Acht und Gedächtnüß gehalten werden/ daß man/ wie etwa im leidigen Pabſtthum geſchehen/ die Kinder/ ſo noch im Mutterleibe ſeyn/ üm keiner Gefahr willen/ wie auch die/ ſo nicht gar und gäntzlichen von Mutterleibe auff die Welt kommen und gebohren ſeyn/ ſondern nur etwan ein Arm oder der Kopff/ oder ein oder mehr Glieder allein herfür kommen ſeyn / mit nichte täuffen ſoll; Sintemal der Menſch ja nicht kan anderweit wiedergebohren werden / er ſey denn zuvor erſtmals gantz und gar mit dem gantzen Leibe und allen Gliedern auff die Welt gekommen/und gebohren worden. Hinc etiam nec partum in utero matris ſuffocatum, vel, antequam prodter intercedentes dolores proceſſusve pariendi iregulcritatem naſci potuit, vitâ defunctum baptizare obſtetrix præſumat, nec inſimul Magiſtratus infantem, antequam baptizetur, mortuum in cœmiterio Chriſtianorum conſvetis ceremoniis humare inter Lutheranos vetet, quia potius erigi debent, ſolatioque affici parentes, per huncce caſum aliàs ſat mœſti, mediante ineffabili miſericordiâ atque gratiâ divinâ, non dubitantes, ejuscemodi partum, qui, mediantibus parentum aliorumque

que Chriſtianorum in partu adſtantium precibus, protectioni omnipotentis Jehovæ fuit commendatus, etiam in nomine Chriſti, in gratiam vitæque æternæ ſocium fuiſſe ſuſceptum.

TH. XXVII.

Sed quid ſi fortè *Thomas. l. c.* intelligi debeat de eo caſu, ubi partus in ſe quidem perfectus, ab utero tamen puerperæ integer, ob certa Medicis & Anatomicis cognita impedimenta, per obſtetrices ſeparari non poſſit, anne tùm baptiſmus ab obſtetricibus ſuſcipiendus? itidem negativam fovet **Braunſchw. Kirchen-Ordnung.** *fol. 69. apud Dedekenn. l. c. num. 10. p. 115.* in verb. **Sondern ſolche Leibes-Frucht mit einem Chriſtlichen und gläubigen Gebet GOTT befehlen, in Nahmen Chriſti gebeten werden/ GOTT wolle Gnade verleihen/ daß ſolche gegenwärtige Frucht in ihre Hände gegeben werde/ und alſo nach ſeinem Befehl/ und auff ſeine gnadenreiche Zuſage die H. Tauffe empfangen möge/ wo nicht/ daß dennoch der barmhertzige liebe Vater ſich derſelben lieben Frucht in Gnaden annehmen wolle/ ům ſeines geliebten Sohnes Chriſti willen.** An autem obſtetrices chriſtianæ, debitam ac veram baptizandi formam, ut decet, non exquiſitè callentes mortaliter & graviſſimè toties peccent, quoties baptizant; ſimiliter an baptizatus neutiquam dicatur, qui non eſt baptizatus ſub verâ baptizandi formâ ab Eccleſiâ Romanâ præſcriptâ, & per conſequens ex ipſarum obſtetricum culpâ vitæ æternæ bonis defraudetur? ut ſtatuit cum *Navart. in manual. cap. 21. num. 7. Paul-Zachias in Quæſt. Medico Legal. 1. quæſt. 12. num. 10.*

ſcien-

ſcientes volentes cathedræ Theologorum diſcutiendum reſervamus. *jung. Dedekenn. in append. ad vol. 2. lib. 2. ſect. 2. num. 2. p. m. 124.* ubi quæſtio: **Ob eine Hebamme/ Chriſtlicher wahrer Religion zugethan/ daran recht gethan/ daß ſie ein wiedertäufferiſch Kind/ ſo eheſt zur Welt gebohren/ und gar ſchwach geweſen/ ohne wiſſen der Eltern/ in Gegenwart einer andern rechtgläubigen Frauen/ getaufft hat/ und weil das Kind bald darauff geſtorben/ was dann von ſeiner Seligkeit zu ſchlieſſen?** Quæ cuncta affecta affirmativè & pro ſalute infantis ibidem concluduntur.

TH. XXVIII.

Quoad ſuppoſitionem, obſtetrix ante omnia eò allaboret, ne partus ſemel conceptus (1.) furtim per artes magicas auferatur. Notabile eſt exemplum, quod refert *Jacob. Sprenger. allegat. Mall. malef. P. 2. c. 3.* cum in Diœceſi, inquit, Argentinenſi & oppido Zabernio mulier quædam honeſta ac beatiſſimæ virgini Mariæ plurimum devota, hunc caſum referre ſibi accidiſſe ſingulis, ejus hoſpitium, quod publicè tenet nigram habens aquilam pro interſigno, frequentantibus commemorant. A viro, inquit, legitimo ſed jam defuncto imprægnata, ubi dies periendi adpropinquarent, mulier quædam obſtetrix, ut ipſam ad obſtetricandum puerum acceptaret, importunè inſtabat. At ego conſcia de ejus infamia, licet aliam mihi aſſumere decreviſſem, verbis tamen pacificis, quaſi ſuis annuere vellem petitionibus, me ſimulabam. Adveniente autem tempore partus, cùm aliam obſtetricem conduxiſſem, illa prior indignata quadam nocte cameram meam evolutis vix octo diebus, cum duabus aliis mulieribus ingreditur & lecto adpropinquantes in quo jacebam, cum maritum meum, qui in altera

dor-

dormiebat camera vocare voluiſſem, ſingulis membris & lingua ita remanſi viribus deſtituta, quod demto viſu cum auditu, nec pedicam movere potuiſſem. In medio ergò duarum illarum ſtans malefica hæc verba protulit: Ecce, hæc peſſima mullierum quia in obſtetricem me recipere noluit, impunè non tranſibit. Et cùm aliæ duæ à latere ſtantes, pro ea ſupplicarent, dicentes: tamen nunquam alicui ex noſtris nocuit. Malefica ſubjunxit: Hanc mihi quia diſplicentiam fecit, ſuis inteſtinis aliqua immittere volo. Sic tamen quod infra dimidium annum nullos propter vos dolores ſentiet, ſed illo evoluto ſatis cruciabitur. Acceſſit ergò & ventrem cùm manu tetigit, mihique videbatur quaſi inteſtinis extractis, certas res, quas tamen videre non potui, intromitteret. His ergò abeuntibus, cùm vires ad clamandum recuperaſſam, maritum quantocyus vocavi & rem geſtam denudavi. Cum autem ille cauſam puerperio adſignare vellet, dicens: Vos puerperæ plurimis illuſionibus & fantaſiis laboratis, nec quoquomodo dictis meis fidem adhibere volebat, adjunxi: Ecce ſpacium pro anno demidio mihi donavit, quo elapſo, ſi nulli cruciatus ſupervenient, dictis tuis fidem adhibebo. Conſimilia denique verba filio clerico, quia & pro tunc archidiaconus ruralis erat protulit, cùm & ipſe viſitationis gratia illo die eam frequentaſſet. Quid plura? ſex menſibus ad punctum evolutis internorum viſcerum tortura ſubito ipſam tàm dirê invaſi, tut nec diebus nec noctibus, à clamoribus omnes inquietando abſtinere potuiſſet. Et quia ut præmiſſum eſt, deuotiſſima virgini & reginæ miſericordiæ extitit, in pane & aqua ſingulis ſabbatinis diebus jejunando, ideò & per ipſius ſuffragia credidit ſe liberari. Unde & quadam die ubi opus naturæ perficere volebat tunc omnis illa immunditia è corpore prorupit. Et advocans maritum

cum filio dixit: Suntne res iſtæ fantaſticæ? Nonne dixi poſt dimidii anni ſpacium veritas cognoſcetur? Aut quis unquam vidit ſpinas, oſſa ſimul, etiam ligna me comediſſe? Erant enim ſpinæ roſarum, in longitudine unius palmæ, cum aliis variis innumero rebus immiſſæ, &c. *Hæc Sprenger. add. Jd. in part. 1. quæſt. 11.* Præterea provideat obſtetrix, ne (2.) partus legitimè jam perfectus atque formatus in utero, tempore, quo mulier eniti debet, ſubducatur, aliusve adulterinus incauto marito, poſt matrimonium ſolutum, ſubſtituatur. Exemplum habemus in Eutropiâ Syrâ, maxentium filium Maximiano Imperatori, muliebri arte, ſupponente, *Cluver. in hiſtor. in vit. Maximian. p. m. 290. Petr. Greg. Tholoſan. de Rep. l.* 14. *c. 1.* Meminit etiam de hâc arte ſupponendi partûs & deceptione maritorum, per ſuppoſitionem aliorum infantium, Ariſtophanes in Cerealia celebrantibus, ibi: Alteram novi, quæ dicebat, dolores partûs ſe habere per decem dies, donec emit infantem, maritus autem obibat urbem, medicamina celera in partum facientia emens: intulit autem anus in ollâ infantem, ut ne clamaret, cerulâ obturatum &c. Et hoc cognatis omni induſtriâ præcavendum eſt, præſertim hodiè, ſi vidua defuncti Nobilis prægnantem ſeſe dicat, ob ſucceſſionem feudalem, *vid. Habn. ad VVeſemb. tit. de ventr. inſpic. Dn. Struv. Syntagm. Jur. Civ. Exerc. 30. th. 81.* quibus addi poteſt *Ægid. Boſſ. tract. crimin. tit. de part. ſuppoſit.* ubi caſum huncce in terminis pertractat, præſertim *n. 12. p. m. 334.* quem, quia maximam partem præſumtionum partus ſuppoſiti poſt ſe trahit, hûc cum omnibus circumſtantiis referre non pigebit, quò eò citius pateſcat curioſo advocato atque judici, quid in arduo hocce negocio, & ſœpius, quoad ſucceſſionem, irreparabili damno cautè debe-

ant obſervare: Comitiſſa Eleonora, conjux Comitis Eleutherii Ruſcæ, fuerat ſterilis usque ad annum ætatis ſuæ 40. & cum eſſet magna matrona, habitans Mediolani, ubi eſt mira copia rerum, voluit tamen eo die ſero, quo dixit peperiſſe, recedere in rhedâ, & ire ad ſuburbanum, diſtans ultra miliare à civitate M. non præparatis obſtetricibus, nec aliis ornamentis circa puerperium, quod admodum mirum videtur; maximè, quia erat in horrido menſe Januarii; ſeceſſit etiam aſſociata duabus duntaxat ancillis, cùm tamen ſoleret ſecum multò plures ducere; poſtea fuit ad illud ſuburbanum conducta quædam obſtetrix, dum Comitiſſa diceret, ſe parere velle, vilis multum & abjecta, habitans ad quoddam molendinum, quæ tamen non ſupervenit, dum pareret, ſed infante, exiſtente inter ejus femora, dicente matronâ, ſe tunc eum peperiſſe. Additur etiam, quod Comes ipſe erat infirmus multum, & podagrâ laborans, & quod Comitiſſa etiam ante dixerat, ſenſiſſe dolores partûs, propter quod minus credendum eſt, ut voluerit ſe exponendo tanto periculo ponere in rhedâ, & nullâ re præparatâ accedere ad locum ſolitarium ad pariendum, præſertim cum eſſet matrona delicatiſſima, ditiſſima, jam ætate provecta. Accedit etiam, quòd præter ancillas, quas domi reliquit, propriam etiam matrem dimiſit; & ut ſe ab his excuſaret, dixit ſe iviſſe animo redeundi vocatam à marito, qui ægrotabat, quæ excuſatio non videtur admittenda, eò quia ſecum duxit in rhedá lectum, & lecti operimentum; accedat quoque, quod ex duabus ancillis, quas ſecum duxit, unam remiſit, ſtatim retentâ chariore, & de quâ magis confidere ſolebat. Adducitur alia conjectura, quod è latere Comitiſſæ probatum eſt, ipſam laboraſſe ex doloribus ſpacio duarum horarum, &

partum ſtetiſſe orto capite ſpacio mediæ horæ, & tamen non fuerunt interim vocatæ aliæ obſtetrices peritæ ; quæ potuiſſent vocari & venire in tanto temporis ſpatio, etiam ex quâvis parte remotâ Mediolani, ſed ſolum fuit vocata quædam muliercula, de quâ ſupra, vicina viridario, quæ adeò feſtinavit, ut caligas non poſuerit, quò accederet celerius, & tamen non venit, niſi nato puero.

TH. XXIX.

Providè igitur leges Juſtiniani hunc caſum pertractarum voluerunt in *l.* 1. §. *10. ff. de ventr. inſpic.* (quamvis hiſce ſcrupuloſis ſolennitatibus amplius non utamur, *Brunnemann. ad tit. ff. de ventr. inſpic. n. 3.*) Verba Juſtiniani ita ſe habent: Mulier cum parturire incipiat, his, ad quos ea res pertinet, procuratoribusve eorum denunciet: ut mittant, quibus præſentibus pariat; mittantur mulieres liberæ, duntaxat quinque, ita, ut præter obſtetrices duas, ne plures mulieres liberæ ſint, quàm decem, ancillæ quàm ſex. Hæ, quæ intus futuræ erunt, excutiantur omnes in eo conclavi, ne qua prægnans ſit: tria lumina, nec minus ibi ſint, ſcilicet, quia tenebræ ad ſubjiciendum aptiores ſunt, quod natum erit, his, ad quos ea res pertinet, procuratoribusve eorum, ſi inſpicere volent, oſtendatur.

TH. XXX.

Hinc ſi ipſa obſtetrix partum alienum attulerit, ut ſupponi poſſit, ſummum ſupplicium & capitalem pœnam mortis dictitandam cenſuerunt *Dd. Ludovic. Pegner. deciſ. Crim. 80. n. 8. Petr. Gregor. Tholoſ. Synt. Jur. univ. l. 36. c. 3. n. 5. arg. l. cum ſuppoſiti. 10. C. ad L. Corn. de falſ.* etiamſi

Cyn-

Cyn. ad l. 1. *C. h. t.* pœnam deportationis, vel hodie exilium ſine publicatione bonorum ſufficere exiſtimet, *Menoch. de arbitr. qv. lib. 2. caſ. 306. n. 3.* niſi rea forſitan fuerit ſerva, in quam ultimum ſupplicium iterum dictitatur, *Proſper. Farinac. Pr. Crim. p. 6. q. 150. n. 242.* Moribus Saxonicis, modò ſupponens damnum per id intulit alteri, & ſic cum injuriâ & noxâ alterius quicquam extorſerit, vel extorquere atque aſſequi voluerit, fuſtigatio decernitur, *Carpzov. pr. crim. p. 2. q. 93. n. 28. & 29.*

Th. XXXI.

In partu enecato rurſus conſideramus eundem vel conſvetâ formâ humanâ præditum, vel monſtroſum: quoad priorem, obſtetrix caveat (1) ne, uti *th. 3.* dictum, ipſamet necem infanti recens nato inferat, prouti in *l. c.* duobus exemplis demonſtratum fuit, quorum & meminit *Jacob. Sprenger. in Mall. Malefic. part. 2. cap. 13.* ſequentibus verbis: In diœceſi Baſilienſi & oppido Danni quædam incinerata faſſa fuerat ultra quadraginta pueros necaſſe per modum talem, ut quando ex utero egrediebantur, acum capitibus eorum per verticem usque in cerebrum infixit. Altera denique in diœceſi Argentinenſi pueros absque numero, puta quia de numero non conſtabat, ſe interemiſſe faſſa fuerat, taliter autem deprehenſa. Nam ubi ex uno oppido in aliud cauſa obſtetricandi mulierem quandam vocata fuiſſet, officio ſuo completo, dum ad propria redire volebat, ubi portam oppidi exivit, caſu brachium pueri recenter nati ex linteo quo præcincta erat, cui & involutum brachium fuerat, ad terram cecidit, quo viſô ab his quæ infra portam ſedebant, dum illa præteriſſet levatam è ter-

ra ut putaban, peciam carnis cautius intuebantur, & cum non peciam carnis ſed brachium pueri per articulos membrorum agnoviſſent, conſilio cum præſidentibus habito & invento quod infans ante baptismum deceſſerat, brachioque careret, malefica capitur, quæſtionibus exponitur & crimen deregitur, ſicque ut prædictum eſt absque ejus numero ſe infantes interemiſſe cognovit. (2.) benè proſpiciat obſtetrix, ne ad abigendum partum poculum abortionis præparet prægnanti, ex quo embryoni mors conciliari poſſit: Errant quippe non leviter obſtetricer, cùm in genere puerperis, aut aliis quibuscunque fœminie quicquam per os notatu dignum exhibere audent: Hoc enim ipſis nullo modo permittendum, quia ignorant individuorum, morborumque ac medicamentorum naturam, & quicquid machinantur, caſu faciunt: ſed hic error eſt illis communis non ſolum cum mulierculis aliis, ſed etiam cum ineptiſſimis Empyricis, cum quibus & ipſæ, ut decet, veniunt mulctandæ, *Paul. Zachias qv. Medico legal. lib. 6. tit.* 1. *qv. 12. n. 12. p. 474.* qui & *Tom. 3. Conſ. 24. p. 34.* ſingulare recenſet exemplum conciliatæ per improvida obſtetricis alicujus medicamenta mortis, quæ omninò potuiſſet evitari, ſi in conſilium adhibiti fuiſſent Medici.

Th. XXXII.

Aliàs impunè non habent obſtetrices (1.) matrem ipſam occidentes hoc modo, prouti videre eſt ex *l. 9. pr. ad L. Aquil. in verb.* ſi obſtetrix medicamentum dederit, & inde mulier perierit: Labeo diſtinguit, ut ſi quidem ſuis manibus ſuppoſuit, videatur occidiſſe; ſin verò dedit, ut ſibi mulier offerret, in factum actionem dandam. (2.) Idem dicendum eſt de obſtetricibus abortum ſcienter procuranti-

bus: ſummum quippe ſupplicium in hoc ſtatutum videmus in *l. 38. §. 5. ff. de pœn.* nimirum, ſi partus fuerit animatus, quem jure Saxonico ſecundum *Conſtit. Elect. 4. p. 4. §. 1.* poſt dimidium uterum gerentium tempus talem habemus (quamvis *Ga.en.de uſu part.15.c.15.c.5.cl.1.* in maſculis 30, in fœminis 47. dies ſufficientes exiſtimet) ſecus ſi abortus procuratus fuerit, antequam partus animatus fieret, quia tunc pœna extraordinaria utplurimum imponitur, *Berlich. 4. Concl. 8. Dan. Moller. 4. Conſtit. Sax. 4. Menoch. 2. arbitr. judic. 357.* (idem multò magis verum eſt, ſi partus ab obſtetrice enecatus auram vitalem hauſiſſet) quod ſi verò partus per ſe mortuus fuerit in utero matris, utique absque omni pœnâ, conſiliô Medicorum, abigi poteſt, imò debet. Aliud quæſitum ſuppeditant caſuiſtæ, nimirum, an obſtetrix, poculum abortionis portigens uxori prægnanti & graviter in partu penè deſperato laboranti, adeò, ut periculum ſit & matrem, & infantem, niſi ſuppetiæ ferantur, ſimul periturum, poſſit puniri tàm in foro ſoli, quàm poli? Nos, miſſis utriusque lateris, quæ poterunt proferri, opinionibus, negamus primò, concedendum eſſe obſtetricibus, ut fœminæ quid per os, absque conſilio Medicorum peritorum, tradant, quod abortum tàm per ſe, quàm per conſequentiam cauſari valet: deinde poſito, quod Medicorum opem implorent, iterum diſtingvendum inter remedia, quæ ad necem embryonis, & ſalvandam puerperam per abortum, directò tendunt, & quæ indirectè ſive per accidens. Illa, etiamſi vitam matri ſervare poſſint, quia tamen ex ſuâ naturâ atque vi partum interficient, ſalvâ conſcientia adhiberi non poſſunt, quid? quod à Magiſtratu, tametſi mitiùs & extraordinariè, *Berlichio* teſte *in part. 4. concl. 9. n. 45.* puniuntur. Hæc, quæ per conſequen-

tiam tantum accidentalem (videlicet per venarum inciſionem & ſangvinis emiſſionem, vel per pharmacum humoris purgativum &c.) infantis interitum poſt ſe trahunt, in caſu inevitabilis neceſſitatis, & quando alias omnia extrema inutiliter fuerunt applicata, licita nonnunquam eſſe arbitramur, *jung. Menoch. de arbitr. judic. cent. 4. lib. 2. caſ. 357. n. 20. p. m. 490.* Præterea hic notandum, ſi ipſa mulierem clanculum per medicamenta abortum procuraverit, judicium etiam obſtetricum, antequam ipſa puniatur, prærequiri; videlicet an partus abactus vitalis fuerit, an non: prouti hoc modo reſponderunt Dnn. Scabini Jenenſ. Menſ. Febr. Ann. 1624. hat N. N. bekant/ daß ſie die Schwängerung betrieglicher Weiſe nicht offenbaren wollen/ und nichts deſto weniger Artzney eingenommen/ die Wehmütter auch ſo viel befunden/ daß das Kind nicht todt/ ſondern lebendig von ihr kommen ſey: So wird ſie wegen ſolcher Verwahrloſung ihrer Leibes-Frucht mit Staupenſchlägen des Landes ewig verwieſen. V. R. W. Idem deciſum repetierunt Menſ. April. 1657.

Th. XXXIII.

Quid autem pronunciandum, ſi mulier, quæ ſuſpicionem graviditatis ex publicâ famâ incurrit, eandem ulterius aggravet, pariterque partum ſemel conceptum abegiſſe, vel penitùs enecaſſe dicatur? Singularis de hoc diſpoſitio proſtat in *Reſcript. Ducis VVürtemberg. de ann. 1658. ibi*: Nach Beſchaffenheit der Verſtockung und Halsſtarrigkeit / und doch verhandenem hohen Verdacht einer unfehlbaren Schwängerung durch die Hebammen oder geſchworne Weiber ſolche gar beſichtigen zu laſſen. Præſertim ſi, uti *in th. 13. huj. Diſp.* diximus, indicium

lactis apparcat in muliere, tùm quando infans ab hac lucé ſubtractus in plateâ, fluminibus, cloacis, vel aliis in locis reperitur, & plures ſuprà allegatæ circumſtantiæ, ſuſpectam aggravantes ab obſtetricibus afferuntur & concurrunt, ambigendum non eſt, qvin ea tormentis ſubjici poſſit, *Carpzov. Prax. Crim. part. 3. quæſt. 122. num. 22.* maximè ſi obſtetrices mediante juramento, quod omninò neceſſarium eſt, depoſuerint, *Jacob. Schult. in addit. ad Modeſt. Piſtor. part. 3. quæſt. 130. n. 78. & p. 4. q. 142. num. 11. Joſeph. Maſcard. de probat. volum. 2. concluſ. 1410. num. 15. & 16.* P. H. G. O. *art. 36. in verb.* Wo aber das Kindlein ſo kürtzlich ertödtet worden iſt/ daß der Mutter die Milch in Brüſten noch nicht vergangen/ die mag an ihren Brüſten gemolcken werden; Welcher dann in den Brüſten rechte vollkommene Milch erfunden wird / die hat deßhalben eine ſtarcke Vermuthung peinlicher Frage halber wieder ſich/ *jung. Zanger. de quæſt. & tortur. c. 2. n. 169.* item *art. 36. Conſt. Crimin. Carol. V. in verb.* So man eine Dirne/ ſo für eine Jungfrau gehet/ in Argwohn hat/ daß ſie heimlich ein Kind gehabt/ und ertödtet habe / ſoll man ſonderlich erkünden/ ob ſie mit einem groſſen ungewöhnlichen Leibe geſehen worden ſey/ mehr / ob ihr der Leib kleiner worden/ und darnach bleich und ſchwach geweſen ſey; So ſolches und dergleichen erfunden wird/ wo dann dieſelbe Dirne ein Perſon iſt / darzu man ſich der verdachten That verſehen mag / ſoll die durch verſtändige Frauen oder Hebammen an heimlichen Stäten / als zu weiter Erfahrung dienlich iſt/ beſichtiget werden / würde Sie dann daſelbſt auch argwöhniſch erfunden/ und wil die That dennoch nicht be-

kennen/ mag man ſie peinlich fragen. *add. Matth. Stephan. in Comment. adh. artic. p. m.* 63. Non itaque rectè hic refutat *Cujac. Obſerv. 27. Georg. Rem. in Nemeſ. Carol. h. t. 35.* quod videlicet contrarium ſenſerit, quia *Cujacius* non loquitur de hâc exploratione, quam ſanxit hîc Imperator circa fœtum recenter editum, de quo *Carpzov. prax. crimin. part. 3. q. 122. n. 23. in fin.* ſed de iſta defloratæ virginitatis, ſive partus editus fuerit, ſive non, de quâ & nos ſupra *th. 12.* Hæc etenim ſigna partûs nuper editi non facilè perire ſolent (quamvis perire poſſint, ut ſupra dictum *th. 10. & ſeqq.*) quàm ſigna devirginationis, *add. Alber. Gentil. 7. de nupt. 9. Farinac. l. Prax. Crim. 1. tit. 1. qu. 2. n. 24. Zieriz. ad Conſt. Crimin. c. 35. Ann. Robert. 4. rer. judicat. 10.* ſed de his obiter.

Th. XXXIV.

Quoad poſteriorem (monſtrum intellige) quæritur: an obſtetricibus permiſſum ſit, ut eundem vel perire faciant, vel occidant? Novimus etenim monſtroſos aliquando naſci partus, parentibus ipſis inviſos, adeò, ut iterum atque ſæpius obſtetrices à parentibus diſquirant, an umbilicus illis alligandus ſit, vel non, ſed ſic permittendus, ut fœtus non vivat. Ratio dubitandi, quod videlicet enecare partum huncce valeant, conſiſtit in eo, quod monſtra omninò poſſint occidi, *Menoch. lib. 2. de arbitr. judic. n. 28. & ſeqq. VVeinreich. c. 41. de ort. monſtr. arg. l. non ſunt liberi. 14. de ſtat. hom.* ubi dicitur, quod monſtra liberi non ſint: ſi igitur non ſunt homines, utique tanquam beſtiæ occidi poſſunt, quemadmodum & plura exempla proſtant apud Hiſtoricos: meminit enim *Dionyſ. Halicarnaſſ. lib. 1.*

Antiq. Roman. extitiſſe legem Romuli, quâ omnis partus monſtroſus necabatur, & abjiciebatur conſilio proximorum Sic & tradit *Euſeb. Pamphilus lib. 4. de vit. Conſtantin.* Conſtantinum Imperatorem, lege latâ, Hermaphroditos vitâ tolli & auferri conſtituiſſe. Idcircò Lælio Licinio Craſſo & C. Caſſio Coſſ. Caſſini puerum factum ex virgine ſub parentibus juſſu Aruſpicum deportatum in Inſulam deſertam legimus. Item Sp. Poſthumio Albino, & Martio Philip. Coſſ. cum ex Umliriâ nunciatum eſſet, ſeminarem inventum, duodecim ferè annos natum, id prodigium abominantes Romani Pontifices juſſerunt, hunc arceri agro Romano, atque primo quoque die interfici. Et Lælio Metello & Q. Fab. Maximo Coſſ. Lunæ Androgynes natus præcepto Aruſpic. in mare dejectus eſt. Idem factitatum aliàs, P. Africano C. Fulvio Coſſ. cum in agro Romano annorum octo: & cum Saturnæ decem annos natus Q. Metello & Tullio Didio Coſſ. inventus eſſet. Præterea & decretum L. Corn. Lentulo P. Licinio Craſſo Coſſ. ut totâ urbe ſupplicationes fierent, vid. *Aul. Gell. N. A. lib. 9. c. 4. Liv. l. 9. dec. 4. Tholoſan. Synt. Jur. lib. 7. c. 2. n. 10.* Sed tamen alii, allegatis hiſce non obſtantibus, pro ratione decidendi diſtingvunt, an id, quod naſcitur ita membris & artubus inſolitis, formamque humani generis minus exprimentibus naſcatur, ut penitus eidem omnis intellectus ac ratio deſit, v. g. ſi mulier procreet porcum, canem, angvem &c. an verò pars aliqua homini competens, deſideretur: eaque iterum vel principalis, vel minus. Quoad duo priora plurimi Dd. concedunt, eadem occidi poſſe, *vid. Zachias l. 7. tit. 1. q. 1. n. 12.* ne videlicet educata in perpetuum dedecus, atque opprobrium familiæ, non rarò ſat illuſtris, ver-

 gant,

gant. Quod tamen nos, quoad prius membrum deciſionis principalis, clanculum & ſine intercedente Magiſtratus præſcitu, fieri debere, conſtanter negamus. Quoad poſterius verò, & ſi naturæ aberratio fuerit in membro principali, lubenter imperſcrutabili providentiæ pariter ac juſtitiæ divinæ committimus, an partum quoad caput, canem, ſuem &c. quoad reliqua membra hominem ex aſſe repræſentantem, ad cujus conceptionem nihil belluini ſeminis acceſſit, omni ratione conſtituerit, privare. Si verò pars corporis minus principalis à naturâ hominis declinet, v. g. ſi mulier enitatur canem cum capite humano præditum eſſe Dd. præſumunt, & in dubio baptizandum aſſerunt, *vid. Dedekenn. Theſaur. Conſil. Vol. 1. p. 2. lib. 1. ſect. 3. n. 2. & ſeq.* præſertim *n.* 4. ubi & in concubitu cum beſtiis diſtinctio adhibetur *à Facult. Theol. Jenenſ. in verb.* Wenn aber ex concubitu cum beſtiis die Mißgeburt herrühret/ iſt ein Unterſcheid zu machen: So die rechte Seite vom Haupt biß auff den Fuß einem Menſchen/ die lincke aber einem Viehe gleich iſt/ vel contra, halten wir dafür/ woferne das Haupt eines menſchlichen Haupts Geſtalt hätte/ daß in beyderleyen Fällen die Tauffe einer ſolchen Mißgeburt mitzutheilen/ in Anſehung/ daß das Haupt iſt ſedes animæ rationalis, und weil daſſelbe eine Forme menſchliches Hauptes hat/ iſt dahero abzunehmen/ daß in demſelben partu monſtroſo eine menſchliche vernünfftige Seele vorhanden/ *jung. Zachias l. c. quæſt. 4. num. 11. & ſeq.* Ex hiſce igitur pateſcit, quid obſtetricibus in hâc facti ſpecie incumbat, quas neutiquam privata authoritate & absque conſenſu loci Magiſtratus monſtrum occidere poſſe, ex hactenus prolatis conſtat, imò

easdem in caſu hoc dubio & periculoſo expreſsè conſilium ſacerdotum ſequi debere innuit, *Conſt. Eccleſiaſt. Hallenſ. tit.* von H. Tauffe/ in verb. Fielen aber Sachen für in Mißgeburten oder andern Fällen / darinnen ſie (die Wehemütter oder die Eltern) Berichts oder Troſtes bedürfften/ ſo können ſie ſolches allezeit bey den Pfarrern beſcheidentlich ſich erholen.

Th. XXXV.

Infœcundam fœminam, objectum obſtetricum facimus, quatenus eidem partus denegatur, vel propter impotentiam, vel propter ſterilitatem. Illa, ſi nuptias præceſſerit, & poſſit probari per inſpectionem matronarum bonæ opinionis, fide dignis ac expertis in opere nuptiali, reddit maritum, ſi voluerit, à fide datâ conjugali liberum, *cap. literæ, 7. X. de frigid. & malefic.* atque hunc in modum pronunciarunt Aſſeſſores Conſiſtorii Witteberg, *apud Dedekenn. vol. 3. lib. 1. ſect. 6. n. 8. in verb.* D. S. W. V. R. habt ihr erſtlichen durch vier ehrliche/ alte / Gottsfürchtige und erfahrne redliche Matronen / ſo offt und vielmals in Kindes-Nöthen gebraucht / und ihres Raths gepflogen / neben der geſchwornen Kind-Frauen/ noch vier andere der älteſten eurer Mitbürgerinnen / und zwo Kind-Frauen/ des N. N. Vertraueten zu beſichtigen verordnet/ ſie auch die rechte unverfälſchte Warheit auszuſagen beeydiget / und es haben obgemeldte acht Matronen neben drey Kind-Frauen bey ihrem gethanen Eyde/ nach gehabter Beſichtigung berichtet und ausgeſaget/ daß dieſe Perſon alſo geſchaffen/ daß ihrem vertrauten Manne unmüglich / mit ihr eheliche

Wercke zu treiben und zu vollbringen/ daß auch üm ſie alſo gelegen/ daß ihr durch menſchliche Hülffe und Mittel nicht könne noch möge geholffen werden/ aus Urſachen/ ſo in eurem Bericht ferner angezeiget worden/ und es iſt dieſelbe Perſon geſtändig/ daß ihr Vertrauter eheliche Wercke wegen ihres Leibes des Orts Gebrechligkeit nicht treiben können/ ſo würde er auch auff ſein Anſuchen von derſelbigen ihme vertrauten Perſon der Ehe halben billich loßgezehlet.

Th. XXXVI.

Eundem proceſſum nobis præſcribit *Marta, ff. noviſſ. Tom. 3. tit. Nuptiæ, c. 67. p. m. 230. ex deciſ. For. Fiviz. an.* 64. *p. 2.* quando (inquit) frigiditas & impotentia à naturâ provenit & irremedicabilis eſt, aut ex accidente effecto immutabili, atque irreparabili, niſi cum vitæ periculo, quod ſtatim absque habilitationis ſpe apparere, verificarique poteſt, triennium expectandum non eſt, ſed ſtatim matrimonium diſſolvendum eſt; cum igitur, ſervatis ſervandis, per quatuor *obſtetrices* pias atque in arte peritas relatum ſit, os cunni mulieris fuiſſe vulſum, arctatum & curvum, ita ut ne digitus quidem minimus introire potuerit, neque illum mulier pati poterat, atque ab aliquam in infantilli ætate percuſſionem eveniſſe judicarunt, quando os illud tenellum erat, & ætate creſcente, creverit, ideoque virum nullatenus mulierem illam cognoſcere poſſe appareat; Ideoque matrimonium diſſolvendum eſſe judicatum eſt, *add. Petr. Gregor. Tholoſan. Syntagm. Jur. Univerſ. lib. 48. cap. 10. p. m. 1045. Harpr. ad §. 11. I. de Nupt. num. 156. Maſcard. de probat. concl. 311, 816. & 888. Ann. Robert.*

4. rer. judicat. 20. Atque de hâc praxi communi in foro Saxonico quoque atteſtatur *Carpzov. in Jurisprud. Conſiſt. l. 2. def. 201. in fin.* ubi ſequens pronunciatum refert: Hat eure Tochter vor 12. Jahren ſich verehlichet und bißhero keine Leibesfrucht zur Welt bracht / darüber zwiſchen beyden Eheleuten groſſer Zanck / an welchen Theil der Mangel ſeyn möge / ſonderlich bey euer Tochter erfolget / dem zu verhüten ihr fleiſſige Nachforſchung gehabt / und nach vorgehender Beſichtigung / durch zweyer geſchworner Wehemütter allhier gethane Auſſage ſo viel in Erfahrung gebracht / wie es mit eurer Tochter von Mutterleib an alſo beſchaffen / daß ſie keines Mannes ſchuldig werden / noch Kinder zur Welt gebähren / ihr auch ohne höchſte Leibes-Gefahr weder gerathen noch geholffen werden könte etc. Wofern nun euer Eydam ſich länger nicht gedulten noch mit unverletzten Gewiſſen auſſer dem Eheſtand leben könte; So were bey ſeiner geiſtlichen Obrigkeit die Eheſonderung zu ſuchen ihme unbenommen / und er gienge alsdann drauff ſo wol ſeiner anderweit Verehligung halber was recht iſt / V. R. W. Confirmat idem *Dn. Præſ. de Impot. Conj. c. 7. §. 1.* ubi ex *Dedekenn. Conſil. Conſiſt. vol. 3. ſect. 6. lib. 4. n. 8.* refert ſequens præjudicium: Habt ihr erſtlichen durch vier eheliche alte Gottsfürchtige und erfahrne redliche Matronen / ſo offt und vielmal in Kindesnöthen gebraucht und ihres Raths gepflogen / neben der geſchwornen Kind-Frauen / noch 4. andere der älteſten Frauen Mitbürgerinnen und 2. Kindfrauen / des N. N. Vertraueten zu beſichtigen geordnet / ſie auch die rechte unverfälſch-

te Warheit auszuſagen beeydiget/ und haben obgemeldete 8. Matronen neben 3. Kindfrauen bey ihren gethanen Eyd / nach gehabter Beſichtigung berichtet und ausgeſaget/ daß dieſelbe Perſon alſo beſchaffen / daß ihrem vertraueten Mañ unmüglich mit ihr ehliche Werck zu treiben und zu vollbringen/ daß auch ümb ſie alſo bewandt/ daß ihr durch menſchliche Hülff und Mittel nicht könne noch möge geholffen werden etc. ſo würde auch N. N. auff ſein Anſuchen von derſelbigen ihme vertraueten Perſon der Ehe halben billich loß gezählet etc.

Th. XXXVII.

Aliàs videmus quoque præter obſtetrices neceſſariò ſæpius adhibendos eſſe Medicos, quando ſcilicet agitur de re, cujus obſtetrices ſufficientem peritiam non habent, *arg. ex c. litoris. X. de frig. & malefic.* ubi non aliter diſſolvitur matrimonium ob impedimentum mulieris inhabilis ad coitum, niſi prius conſtet, illud Medicorum operâ non poſſe adjuvari: & ſuâ ætate obſervatum fuiſſe, probat *Fulv. Pacian. tract. de probat. l. 2. cap. 2. num. 34.* in filia Ducis Parmæ, Principi Mantuæ maritatâ, cujus matrimonium fuit diſſolutum, cum eſſet adeò arcta, ut viro ſuo non poſſet carnaliter commiſceri, niſi per inciſionem, quæ judicio Medicorum ad illam inſpiciendam electorum non poterat fieri, niſi cum periculo mortis ipſius puellæ, de quâ inciſione habetur *in c. fraternitatis §. per hæc autem quæſtionem. X. de frig. & malef. add. Dn. Præſ. diſſert. de Impotent. Conjugal. th. 6. §. 6. & th. 7. per tot.*

Th. XXXVIII.

Quoad ſterilitatem ſimiliter caveant obſtetrices, ne uſum vani alicujus & ſuperſtitioſi remedii ad finem ſuſcipiendæ prolis mulieribus porrigant, anſamque ſuppeditent ad pactum cum Dæmone vel implicitè vel explicitè ineundum, ſed multò magis easdem, ut Medicos & Chirurgos conſulant, adhortentur. quæ cuncta fuſius pertractata reperiuntur apud Medicos, imprimis verò apud *Dn. VVelſch. Paul. Zach*, & alios ſubinde in hâc diſſertatione citatos, ad quos, cum, chartas præter opinionem creviſſe video, benevolum cupidumque Lectorem ablegatum volo: Deo interim gratias agendo, quod hiſce conatibus exoptatum voluerit concedere finem.

Ne pagina præſens relinquatur vacua, exercitii gratia ſequentia annectere volui

COROLLARIA.

I.

MUlieres vel virgines ſine curatore in Judicio Eccleſiaſtico, ac in cauſis propriis poſtulare queunt.

II.

Per vim ſtuprata ſertum (coronam virginitatis) in capite portare poteſt.

III.

Polygamia nullo jure eſt licita.

IV.

Juvenis , virgini oſculum infe-

ferens, non tenetur actione injuriarum.

V.

Choreæ Chriſtianis non denegantur.

VI.

Cadavera punitorum ad Anatomiam ſunt concedenda.

VII.

Pater Auguſtanæ Confesſionis filium deficientem ad Pontificios, vel pater pontificius filium Auguſtanam Confesſionem amplectentem, hodie in Germaniâ rectè exhæredare non poteſt.

VIII.

Retorſio eſt licita.

IX.

Status Imperii Conſiſtoria ſive judicia Eccleſiaſtica conſtituendi poteſtatem habent.

X.

Jus monetæ cudendæ â Principe non poteſt vendi vel locari.

TUrpis ager ſterilis, turpis ſine fructibus arbor,
Et ſine fronde frutex, & ſine voce ſciens.
LOTSI ſed melius tua laus reſonare videtur,

Claram dum cathedram ſcandis acri ſtudio,
Atque *obſtetrices* exponis mente ſagaci,
Dedecus ergo procul, ſit tibi præſto decus.

Præſtantiſſimo Dn. Autori, agnato adamando, gratulabundus adponit

Joh. Arnoldus Friderici,
D. P. P.

Nobili atque Per-Eximio
DN. LOTSIO, Altenburg.
Amico & Autori ſuo indefeſſo:

R*Itè repræſentas, quæ laſſa puerpera volvit,*
Jura Obſtetricum *rara, ſed & gravia.*
Perge docere pios! (non caſtis nigra voluptas
Serviat,) expectans, quæ Tibi Muſa dabit.
Cum vota omnigenæ proſperitatis ſcribeb.
PRÆSES.

INgenium Pallas finxit, ſed & arte Themiſtos
Excoleris, lingvam Suada venuſta polit.
Lipſia conceſſit Tibi, quæ cum fœnore reddis,
Inde tuam mentem noſter Apollo probat.
Fatis perge bonis, quo Te vocat indole virtus,
Proſpera ſub portum provehet aura ratem.

Amico ſuo intimo & Fautori plur. honorando αὐτοσχεδ. ſcrib.

M. Chriſtianus Grübelius.

QVod Tu de fidis nunc Obſtetricibus *edis*
Egregium Specimen, Zoilus ipſe ſtupet.
Sed ſtupeant, quicunq́; velint, & pectus iniqvum
Invidiâ tumeat; Hòc perabundé probas,

Tunc

Tunc Obſtetricis quod ſenſerit alma Themi-
ſta
Munia, dum cœpit gignere TE Genitrix.
Non igitur trepida, quô cœptum eſt tramite
curri,
Curre! brevi tribuit præmia grata The-
mis.

Hiſce leviculis Pereximio & eruditiſſimo Dn.
JOH. HEINR. LOTSIO, Amico ſuo à teneris noto, & Concivi nunquam reconciliato de laudabili conatu ex animo gratulalari ſecundosque in ſtudiis ſucceſſus adprecari voluit

M. Tobias Mahn/Altenb:
Poët. L. C:

FINIS.